This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

La
12
35

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

La 12,35

Harvard College Library

THE GIFT OF

STEPHEN SALISBURY,

OF WORCESTER, MASS.

(Class of 1817.)

17 May, 1897.

8736

Studia in Aetnam collata

a

Ludovico Alzinger,

phil. Dr.

Lipsiae
Apud G. Fockium.
1896.

La 12.35

HARVARD COLLEGE
MAY 17 1897
LIBRARY.
Salisbury fund.

244

Studia in Aetnam collata.

Ad Aetnae studium, quod carmen in appendicem Vergilianam receptum exstat, cum me contulissem hortante Iwano Muellero, viro doctissimo atque humanissimo, illud facile intellexi me ‚periculosae plenum opus aleae' aggressum esse.

Neque enim auctoris nomen illi poëmati inscribere nobis licere, ne *illud* quidem, quo tempore conscriptum esset, satis constare, sincere *fatendum* erat.

Accedebat, quod illud carmen corruptissimum nobis traditum est, ut una omnium eorumque doctorum hominum consentiens vox sit, vix quidquam illius poëmatii emendatione difficilius in Romanis litteris exstare.

Novam quasi viam monstravit A. Zingerleius,[1]) cum haec proponeret: „Doppelt empfehlenswert wäre jedenfalls eine einigermafsen ausgedehntere Beachtung mehr oder weniger verwandter Stellen. Wir möchten raten, einen möglichst vollständigen Index der Vorbilder, besonders bezüglich des Formellen nicht aufser acht zu lassen, da ein solcher hier unter den angegebenen Verhältnissen für die Kritik öfters doppelten Wert gewinnen könnte".

Hanc mihi viam ingresso mirum quoddam accidit: certum atque irrefutabile imitationis argumentum ex nullo scriptore haurire potui excepto Lucretio atque Vergilio. Quis enim tam levis sit, ut ex aliqua verborum similitudine efficiat, alterum poëtam alterius vocabula depinxisse? Ego in hac re Goebelii sententiae aecedo, qui haec monuit:[2]) „Man hat oft allzu zuversichtlich dort eine Nachahmung behauptet, wo in Wahrheit keine ist. Die Übereinstimmung im Gedanken, ja selbst bis zu einem gewissen Grade im Ausdruck, berechtigt daher noch nicht zur Annahme einer Entlehnung oder mehr oder weniger selbständigen Aneignung des fremden".

Duo igitur genera locorum similium distinguenda sunt, unum eorum, qui recte ‚imitationes' vocantur, alterum eorum, qui etsi aliquam verborum vel sententiarum similitudinem praebeant, tamen forte magis atque casu congruere quam de industria expressi videntur. Hos, qualescumque adhuc undique congerere potui, in appendicem

---

[1]) Berl. philol. Wochenschrift IV p. 872.
[2]) Zeitschrift f. österr. Gymnasien 1857 p. 421.

seponam, imitationes vero Lucretianas atque eos locos Vergilianos, qui maxime ad carmen Aetnaeum pertinere mihi videntur, primo loco enarrabo.

Ab hoc indice locorum Lucretianorum et Vergilianorum profectus ipse nonnullos locos emendare aggressus sum, alii in illo carmine, cui tempora pessime consuluerunt, sanando eo quasi certo duce utantur.

Atque cum illo indice maxime verborum locutionumque similitudinem demonstrassem, facere non potui, quin ,de Aetnae auctoris cum Lucretio conspiratione' latius dissererem, ut iam, quae mira esset similitudo sententiarum argumentorumque, prorsus perspiceretur.

Postremo de Aetnae temporibus, novis argumentis repertis, certiora proferre mihi licuit.

Hos laboris mei fructus viris doctis offero. Si quid eorum illis placuerit, his utantur mecum, si quid noverint rectius istis, candide impertiant.

Index locorum
Lucretianorum et Vergilianorum in Aetna.

Numerum versuum Aetnae ita affero, ut in Baehrensii editione[1]) exstat, versus autem ipsos, ut mihi legendi videntur. Lucretium ex recensione Jacobi Bernaysii, Vergilium ex recensione Ottonis Ribbeckii laudo. Locos pseudovergilianos a genuinis separare e re non esse putavi.

1. Aetna mihi ruptique cavis fornacibus ignes	Lucr. VI, 202 rotantque cavis fornacibus intus; ibid. 681 Flamma foras vastis Aetnae fornacibus efflet; G. I, 472 Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam; Aen. III, 579 Aetnam Impositam ruptis flammam exspirare caminis. cf. G. IV, 263.
3. Quid fremat **ex imo**, quid raucos torqueat aestus,	G. I ab initio: Quid faciat laetas segetes, quo sidere terram
4. Carmen erit. dexter venias mihi carminis auctor,	Vertere . . . Conveniat, quae cura boum, qui cultus habendo Sit pecori, apibus quanta experientia parcis, Hinc canere incipiam. Cul. 12. Phoebus erit nostri princeps et carminis auctor
6. Sive tibi **Daphne** est potior; tecumque faventes	G. I, 18 Adsis, o Tegeaee favens
7. In nova Pierio properent a fonte sorores	Cul. 18 Quare, Pierii laticis decus, ite sorores
8. **Coepta**; per insolitum Phoebo duce tutius itur.	ibid. 36. versus Phoebo duce ludere gaudet.
9. Aurea securi quis nescit saecula regis,	G. III, 4 quis aut Eurysthea durum Aut inlaudati nescit Busiridis aras? A. VI, 792 Augustus Caesar, divi genus, aurea condet

[1]) Poëtae Latini minores, Recensuit et emendavit Aemilius Baehrens. Lipsiae 1880. tom. II p. 88 sqq.

	Saecula qui rursus Latio regnata per arva
	Saturno quondam
	ibid. XII, 826 . . . saecula reges
10. Cum domitis nemo Cererem iactaret in arvis	G. I, 125 Ante Jovem nulli subigebant arva coloni.
11. Venturisque malas prohiberet frugibus herbas,	ibid. 69 officiant laetis ne frugibus herbae
12. Annua sed saturae complerent horrea messes,	G. I, 49 ruperunt horrea messes
13. Ipse suo flueret Bacchus pede mellaque quernis	G I, 131 Mellaque decussit foliis
14. Penderent foliis et pingui Pallas oliva,	Et passim rivis currentia vina repressit
	B. IV, 30 Et durae quercus sudábunt roscida mella.
15. Securos omnis aleret cum gratia ruris?	G. I, 127 ipsaque tellus
	Omnia liberius nullo poscente ferebat.
19. **Incensam** et tristis natorum **in** funere matres?	B. VIII, 47 Saevos Amor docuit natorum sanguine matrem Commaculare manus,
23. Quidquid et antiquum, iam nacta est fabula carmen.	G. III, 3. Cetera quae vacuas tenuissent carmine mentes,
	Omnia iam vulgata
25. Qui tanto motus operi, quae tanta potestas	A. IX, 96 cui tanta deo permissa potestas?
26. Explicet immensum flammas et trudat ab imo	A. II, 282 Quae tantae tenuere morae?
27. Ingenti sonitu moles et proxima quaeque	Lucr. VI, 692: Extruditque simul (sc. Aetna) mirando pondere saxa
	Lucr. III, 38 Funditus humanam qui vitam turbat ab imo
	A. III, 574 sqq
	Attollitque globos flammarum et sidera lambit,
	Interdum scopulos avolsaque viscera montis
	Erigit eructans liquefactaque saxa sub auras
	Cum gemitu glomerat fundoque exaestuat imo
	A. XI, 614 sonitu ingenti
	G. II, 306 Ingentem caelo sonitum dedit
	A. X, 513 Proxima quaeque

29.	Principio ne quem capiat fallacia vatum,	‚Principio' versus initio: Lucr. I, 271, 503, 834, II, 937, 1048, III, 179, IV, 181, 615, 641, 722, 913, 929, V, 92, 200, 235, 251, 510, 780, 798, 859, 880, VI, 96, 608, 740, 769, 921, 942, 962, 1000, 1143, G. II, 9, IV, 8, A. IV, 56, VI, 214, 724, IX, 762, X, 258.
30.	Sedes esse dei tumidisque e faucibus ignem	Lucr. V, 146 Illud item non est, ut possis credere, sedes Esse deum sanctas in mundi partibus ullis.
31.	Vulcani ruere et clausis resonare cavernis	A. VIII, 419 Antra Aetnaea tonant validique incudibus ictus Auditi referunt gemitus striduntque cavernis ibid. III, 674 curvisque immugiit Aetna cavernis
34.	Sidera: subducto regnant sublimia caelo	Lucr. II, 648 Semota ab nostris rebus seiunctaque longe (divom natura)
38.	Cum super incudem numerosa in verbera fortes	A. VIII, 452 magna vi bracchia tollunt In numerum
39.	Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen	G. III, 172 Post valido nitens sub pondere faginus axis Increpat
46.	His natura sua est alvo tenus: ima per orbes	G. II, 153 Nec rapit immensos orbis per humum, neque tanto
47.	Squameus intortos sinuat vestigia serpens.	Squameus in spiram tractu se colligit anguis
49.	Pelion Ossa gravat, summus premit Ossan Olympus.	G. I, 281 Ter sunt conati imponere Pelio Ossam
51.	Impius et miles metuentia comminus astra	Scilicet, atque Ossae frondosum involvere Olympum; Ter pater extructos disiecit fulmine montes. B. I, 70 Impius haec tam culta novalia miles habebit
54.	Juppiter en caelo metuit dextramque coruscam	G. I, 328 Ipse pater media nimborum in nocte corusca

		Fulmina molitur dextra
57.	Hic magno tonat ore pater geminantque favente	A IV, 510 Ter centum tonat ore deos Erebumque Chaosque ibid. VI, 607 intonat ore „ XII, 692 magno simul incipit ore G. III, 294 magno nunc ore sonandum A. VII, 141 Hic pater omnipotens ter caelo clarus ab alto Intonuit.
58.	Undique discordes sonitum simul **augmine** venti,	A. X, 356 magno discordes aethere venti
60.	Atque in bell**um tum** quae cuique potentia divum **Jam** commune venit	A. V, 100 quae cuique est copia. X, 107 Quae cuique est fortuna
63.	Stant utrimque secus: validos tum Juppiter ignes	Lucr. IV, 936 Quare utrimque secus cum corpus vapulet
72.	Obruit Encecladon; vasto **sub** pondere montis	A. V, 447 pondere vasto.
73.	Aestuat et patulis exspirat faucibus ignem.	G. IV. 263 Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis A. III, 580 ruptis flammam exspirare caminis
75.	Vatibus ingenium est; hinc **non ignobile** carmen.	B. IX, 38 neque est ignobile carmen
77.	Sub terris nigros finxerunt carmine manes	Lucr. I, 1058, V, 695 (versus initio) Sub terris A. VI, 134 bis nigra videre Tartara
78.	Atque inter cineres Ditis pallentia regna,	Lucr. I, 123 (de inferis) Sed quaedam simulacra modis pallentia miris A. IV, 26 Pallentes umbras Erebi
79.	Mentiti vates Stygias undasque canesque;	Lucr. IV, 731 Cerbereasque canum facies A. VII, 773 Stygias detrusit ad undas XI, 91 Stygia candentem tinxerat unda
80.	Hi Tityon stravere novena in iugera foedum,	A. VI, 595 Nec non et Tityon, Terrae omniparentis alumnum,

	Cernere erat, per tota novem cui iugera corpus Porrigitur Lucr. III, 986 Qui non sola novem dispessis iugera membris Obtineat, sed qui terrai totius orbem.
83. Jura canunt idemque rotant Ixionis orbem;	G. III, 38 tortosque Ixionis anguis Immanemque rotam
84. Quidquid et est tellus falsi sibi conscia, terrent.	Cir. 89. Quidquid et ut quisque est tali de clade locutus
85. Nec tu, terra, satis; speculantur numina divum	A. V, 56 numine divom
88. Coniugia et falsa quotiens sub imagine peccet	A. VI, 293 cava sub imagine
93. Aestuet Aetna novosque rarapax sibi congerat ignes.	A. III, 577 fundoque exaestuat imo (sc. Aetna)
99. Per tota errantes percurrunt corpora venae,	Lucr. VI, 668: (de Aetna) Perque mare et terras rapidus percurrere turbo
102. Scilicet hoc olim diviso corpore mundi In maria ac terras et sidera, sors data caelo Prima, secuta maris, desedit-que infima tellus,	‚Scilicet' versus initio Lucr. I, 377, 439, 667, 809, 888, 901, II, 132, 469, 710, 922, 976, III, 561, 639, 763, 838, IV, 252, 771, 790, 845, 890, 1118, V, 405, VI, 135, 185, 674, 732, 788, 837, 993, 1038, G. I, 282, 493, II, 245, 534, III, 266, IV, 225, A. II, 577, IV, 379, VI, 526, 750, XI, 371, XII, 570. Lucr. V, 92 Principio maria ac terras caelumque tuere; Quorum naturam triplicem etc. ibid. 449 Quippe etenim terrai corpora quaeque . . . imas capiebant omnia sedes cf. Lucr. V, 497 Lucr. I, 30, 340, V, 593, VI, 491, 612. A. I, 58: maria ac terras
107. Ut crebro introrsus **spatium vacet atque barathrum,**	Lucr. I, 507 vacat spatium
110. Nec stipata coit	ibid. 294 Nec stipata magis fuit

114. Aut etiam inclusi solidum exedere vapores	Lucr. IV, 933, V, 699 (versus initio) Aut etiam
115. Atque igni quaesita via est, sive omnia certis	Lucr. VI, 200 Quaerentesque viam circumversantur (venti)
116. Pugnavere locis.	Lucr. IV, 368: locis ex ordine certis G. I, 60 aeternaque foedera certis Imposuit natura locis
123. Flumina quin etiam latis currentia ripis	Quin etiam: Lucr. I, 311, 731, 782, 823, II, 688, 826, 1013, III, 655, IV, 708, V, 294, VI, 209, G. II, 269, III, 457, A. II, 768, IV, 309, VII, 177, 299, 385, VIII, 485, IX, 799. Lucr. II, 362 Fluminaque illa queunt summis labentia ripis Oblectare animum
125. Direpta in praeceps fatali condidit ore	G. I, 203 Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni (Ribb: ‚atque illum praeceps‘)
126. Aut occulta fluunt tectis (conicias ‚tortis‘ cf. v. 105 ‚tortis cavis‘) adoperta cavernis	Lucr. VI, 540 Multaque sub tergo terrai fluminа tecta Volvere vi fluctus
134. Haud mirum clausis etiam si libera ventis	Lucr. VI, 197 magno indignantur, murmure clausi (venti) cf. A. I 53—56
137. Immensos plerumque sinus et iugera pessum	Lucr. VI, 589 multae per mare pessum
138. Intercepta licet densaque abscondita nocte	Subsedere suis pariter cum civibus urbes
139. Prospectare, chaos vastum et sine fine ruinas.	A. I, 279, II, 771 sine fine
143. Tu modo subtiles animo duce percipe curas	G. III, 73 Tu modo . . . . Praecipuum iam inde a teneris impende laborem A. II, 160 Tu modo promissis maneas IV, 50 Tu modo posce deos veniam
150. Nec tamen in privos (Journ. of philol. XV, 315) exit contenta canales	‚Nec tamen‘ versus initio: Lucr. I, 299, 329, 745, 843, II, 201, 461, 700, III, 231, 238, 736, 1005, IV, 377, 704, 895,

	V, 101, 366, 664, 1022, VI, 1063, 1217 B. I, 57 G. I, 118 Cir. 255
151. Vis animae; flatu acre (ibid.) ruit qua proxima cedunt	Lucr. IV, 914 Vis animae partimque foras eiecta recessit VI, 693 Ne dubites quin haec animai turbida sit vis.
153. Hinc terrae tremor, hinc motus, ubi densus hiantes	B. IX, 60 ubi densus A. II, 97 Hinc mihi prima mali labes, hinc semper Ulixes Criminibus terrere novis, hinc spargere voces cfr. Lucr. I 254
155. Quod si spissa foret, solido si staret in omni	Lucr. I, 213 Quod si nulla forent III, 746 Quod si immortalis foret
165. Quippe ubi quod teneat ventos aurasque morantis	‚Quippe ubi' versus initio Lucr. I, 167, 182, 242, 617, 990, III, 430, IV, 432, 662, 769, 922, V, 1156, VI, 854 G. I, 505
168. Angustis potius turbant in faucibus, illic	Cir. 463 Deserit angustis inclusum faucibus Isthmon
169. Fervet opus, densaque premit premiturque ruina	G. IV, 169 et A. I, 436: Fervet opus.
173. Inde neque est aliud, si fas est credere, mundo	Lucr. I, 613, III, 467: ‚Unde neque' (versus initio) Cir. 21 si fas est dicere Lucr. VI, 565 Et metuunt magni naturam credere mundi Exitiale aliquod tempus clademque manere, Cum videant tantam terrarum incumbere molem.
176. Introrsus cessante solo trahit undique venas	Lucr. III, 532 Introsum trahere
177. Aetna illi manifesta fides et proxima vero est.	A. II, 309 Tum vero manifesta fides III, 375 Auspiciis manifesta fides
179. Occurrent oculis ipsae cogentque fateri	Lucr. I, 466 cogent nos esse fateri.
188. Nunc opus artificem incendi causamque reposcit	Lucr. II, 189 Nunc locus est, ut opinor, . . . confirmare ‚Nunc' in transitu usurpatum est (versus initio) Lucr. I, 265, 830, 921, 953, II, 62, 142, 333, 730, 865, 1023, III,

	136, 258, 417, IV, 108, 141, 175, 267, 520, 631, 671, 720, 874, 904, V, 1159, VI, 239, 495, 535, 639, 680, 738, 936, 1088.
	G. IV, 149, A VII, 37, XI, 314
189. Non illa in parvo aut tenui discrimine:	A. III, 685 leti discrimine parvo X, 511 tenui discrimine leti
191. Res oculos ducent, res ipsae credere cogent	Lucr. V, 104 dictis dabit ipsa fidem res.
199. Pellitur **exustae** glomera**tus** nimbus arenae	Lucr. VI, 700 Saxaque subiectare et arenae tollere nimbos.
	G. III, 110 at fulvae nimbus arenae
	Tollitur
	A. III, 576 liquefactaque saxa sub auras
	Cum gemitu glomerat.
200. Flagrantes properant moles, volvuntur ab imo.	A. III, 577 fundoque exaestuat imo.
	Lucr. VI, 692 mirando pondere saxa (= moles).
201. Fundamenta: fragor tota nunc rumpitur Aetna	A. III, 575 avolsaque viscera montis (= fundamenta)
	Erigit eructans.
	ibid. 571. horrificis iuxta tonat Aetna ruinis.
203. Ipse procul tantos miratur Juppiter ignes	G. I, 103 ipsa suas mirentur Gargara messes
204. Neve sepulta novi surgant in bella gigantes	cf. Lucr. II, 570 in aeternum ‚sepelire' salutem.
206. Vertat in occulto, totus tremit; omniaque extra	Lucr. VI, 1278 totus trepidabat.
208. Quae nec sponte sua veniunt nec corporis ullis	‚sponte sua': Lucr. I, 214, 1064 II, 193 et saepius: B. IV, 45, A VII, 204 G II, 11 Sponte sua veniunt.
	A. VI, 147 viribus ullis
209. Sustentata cadunt robustis viribus; omnes	Lucr. III, 449 Inde ubi robustis adolevit viribus aetas
219. Nunc quoniam in promptu est operis natura solique,	Lucr. I, 265 Nunc age, res quoniam docui . . . .
Unde ipsi venti, quae res incendia pascit,	Accipe praeterea
	951 Sed quoniam docui . . .
Cum subito cohibentur, iners quae causa silenti,	Nunc age, summai quaedam sit finis eorum
Prosequar.	Necne sit, evolvamus
	II, 62 Nunc age, quo motu genitalia materiai

	Corpora res varias gignant genitasque resolvant,
	Et qua vi facere id cogantur, quaeque sit ollis
	Reddita mobilitas . .
	Expediam
	cf. Lucr. II, 142, 333, IV, 175, 267, 631, 671, 720, 750, 874, 904, V, 1159, VI, 239, 495, 535, 639, 680, 738, 936, 1088
	G IV, 149 Nunc age, naturas apibus quas Juppiter ipse
	Addidit, expediam
	cf. A. VII, 37, XI, 314, VI, 756
	Lucr. IV, 97: In promptu quoniam est
	II, 583 in promptu quorum natura videtur
	III, 185 Ante oculos quorum in promptu natura videtur
	‚in promptu' etiam invenitur:
	Lucr. I, 879, II, 149, 246, 868, III, 106, VI, 941[1])
	G. III, 340 Quid tibi pastores Libyae, quid pascua versu
	Prosequar?
	A. II 107 Prosequitur pavitans (= erzählt weiter)
222. Immensus labor est, sed fertilis idem	Catal. XI, 41 Nam quid ego immensi memorem studia ista laboris?
223. Digna laboratis respondent praemia curis	A. IX, 252
	Quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus istis
	Praemia posse rear solvi?
225. More nec effusos in humum grave pascere corpus	Lucr. III, 114 Effusumque iacet sine sensu corpus onustum
226. Nosse fidem rerum dubiasque exquirere causas	G. II, 490 Felix, qui potuit rerum cognoscere causas
227. Ingenium sacrare caputque attollere caelo	Lucr. I, 66 Primum Graius homo mortalis tendere contra
	Est oculos ausus
228. Scire quot et quae sint natalia mundo	G. II, 108 Nosse quot Jonii veniant ad litora fluctus

[1]) cf. Holtze, Syntaxis Lucretianae lineamenta. Lipsiae 1868. pag. 92.

229. Principia; occasus metuunt an saecula pergunt	Lucr. V, 1213 An divinitus aeterna donata (moenia mundi) salute
230. Et firma aeterno religata est machina vinclo.	Perpetuo possint aevi labentia tractu Immensi validas aevi contemnere viris. ibid. 95. Una dies dabit exitio, multosque per annos Sustentata ruet moles et machina mundi.
232. Cur brevior cursu bis senos pervolet orbes,	B. I, 43, A. I, 393, V, 561, IX, 270, XI, 133; bis senos
233. Annuus ille meet; quae certo sidera currant	Lucr. II, 252, V, 677, 730, 734, 1181, 1437: ordine certo
234. Ordine quaeque suos **varient** incondita motus;	II, 242 Qui varient motus
237. Nubila cur **Pleias** caelo denuntiet imbres,	G. I, 453 Caeruleus (sol) pluviam denuntiat, igneus euros
238. Quo rubeat Phoebe, quo frater palleat igni	G. I, 431 vento semper rubet aurea Phoebe
248. Et quaecumque latent toto miracula mundo	Lucr. II, 100, IV, 491, VI, 429 Et quaecumque (versus initio)
251. divina est animi ac incunda voluptas	Lucr. II, 3 incunda voluptas III, 28 quaedem divina voluptas
256. In Jovis errantem regno perquirere divos	Lucr. VI, 382 Indicia occultae divum perquirere mentis
259. Scrutamur rimas et vertimus omne profundum,	Lucr. VI, 808 Denique ubi argenti venas aurique secuntur,
260. Quaeritur argenti semen, nunc aurea vena	Terrai penitus scrutantes abdita ferro I, 211 vertentes vomere glebas Terraique solum subigentes = V, 210. G. II, 165 Haec eadem argenti rivos aerisque metalla Ostendit venis
261. Torrentur flamma terrae ferroque domantur	Lucr. V, 898 Denique flamma quidem cum corpora fulva leonum Tam soleat torrere III, 888 calidis torrescere flammis A. IX, 608 Aut rastris terram domat
262. Dum sese pretio redimant, lucrumque professae	A. IX, 213 pretiove redemptum.

263. Tum demum viles iacent inopesque relictae	Lucr. III, 57, IV, 916 V, 885 A VI, 330, 573, IX, 815 XII, 6. Mor. 116 Tum demum
264. Noctes atque dies festinant arva coloni	Lucr. II, 12, III, 62, A. VI, 127 Noctes atque dies (versus initio) G. I, 125 arva coloni (in claus.)
266. Fertilis haec segetique feracior, altera viti	G. I, 52 Cura sit . . .
267. Haec plantis humus, haec herbis dignissima tellus	Et quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset. Hic segetes, illi veniunt felicius uvae, Arborei fetus (= ‚plantis') alibi, atque iniussa virescunt Gramina (= ‚herbis') cf. G. II, 177 sqq.
269. Aridiora tenent oleae,	G. II, 144 tenent oleae armentaque laeta (sc. haec loca) Aen. VI, 131 tenent media omnia silvae
278. Aetnaei montis fremitus animosque furentis	Lucr. II, 593 Eximiis vero furit ignibus impetus Aetnae VI, 686 Hic ubi percaluit calefecitque omnia circum Saxa furens (ventus) VI, 367 Ignibus et ventis furibundus fluctuet aër.
279. Non subito pallere sono, non credere subter	Lucr. V, 1201 Sed mage pacata posse omnia mente tueri
280. Caelestis migrasse minas aut Tartara rumpi	Lucr. V, 1191 murmura magna minarum (de tonitru). A. X, 695 Vim cunctam atque minas perfert caelique marisque
282. Unde repente quies et **nullo** foedere pax est	Lucr. VI, 667, 1088: Unde repente
283. **Concrescunt** animae penitus, seu forte cavernae	Lucr. VI, 578 Ventus ubi atque animae subito vis maxima quaedam
284. Introitusque ipsi servent, seu terra minutis	Aut extrinsecus aut ipsa tellure coorta
285. Rara foraminibus tenues in se abstrahat auras	In loca se cava terrai coniecit IV, 891 Per patefacta venit (sc. aër) penetratque foramina largus VI, 592 Et fera vis venti per crebra foramina terrae

	Dispertitur V, 457 ideo, per rara foramina, terrae Partibus erumpens primus se sustulit aether Lucr. I, 1087 At contra tenuis exponunt aëris auras A. IV, 288, IX, 658 in tenuem ex oculis evanuit auram VII, 646 Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura
292. Praecipiti delata noto premit unda fugatque	A. VII, 411 Praecipiti delata noto
293. Torrentes auras pulsataque corpora denset	Lucr. V, 409 Et pereunt res exustae torrentibus auris I, 395 Nec tali ratione potest denserier aër
294. Nam veluti — 300. Haud aliter	Nam velut(i) — sic (ita): Lucr. I, 1038, II, 55, 720, IV, 11, VI, 35, III, 447 Ac velut(i) — haud aliter A. IX, 59, X, 707 Ceu — haud aliter A. IX, 797, X, 360 Haud aliter A. IV, 256
295. Pellit opus collectus aqua victusque movere	Lucr. VI, 557 ventus collectus ibid. 571 venti quasi collecti
296. Spiritus et longas emugit bucina voces.	129 validi venti collecta procella A. IV, 463 longas in fletum ducere voces
297. Carmineque irriguo magnis cortina theatris	Lucr. IV, 74, VI, 109: magnis intenta theatris A. III, 92 adytis cortina reclusis (in clausula)
299. Quae tenuem impellens animam subremigat unda:	G. II, 217: Quae tenuem A. X 227 subremigat undis
301. Pugnat in angusto, et magnum commurmurat Aetna	Lucr. I, 722 Hic et vasta Charybdis et hic Aetnaea minantur Murmura
302. Credendum est etiam ventorum exsistere causas	Lucr. VI, 542
303. Sub terra similes harum quas cernimus extra	Undique enim similem (sc. terram) esse sui res postulet ipsa
307. Quod si forte mihi quaedam discordia tecum est	Quod si forte: Lucr. I, 391, 665, II, 225, 924, 931, III, 720, V, 338.
308. Principiisque aliis credas consurgere ventos	A. V, 20 Consurgunt venti

309. Non dubium rupes aliquas penitusque cavernas	A. II, 19 penitusque cavernas (in clausula).
315. Flamina **prima** ferunt auras, vis proxima venti	A. X, 97 ceu flamina prima Cum deprensa fremunt silvis et caeca volutant Murmura, venturos nautis prodentia ventos. Lucr. VI, 431 vis incita venti (in clausula) Lucr. I, 290 Sic igitur debent venti quoque flamina ferri
316. Eminus aspirat fortis, et verberat humor	IV, 257 Ventus enim quoque paulatim cum verberat I, 271 Principio venti vis verberat incita pontum A. VII, 8 Aspirant aurae in noctem
319. His igitur causis extra penitusque coacti	Lucr. IV, 862, V, 480, VI, 543: His igitur rebus
321. velut — 324. haud secus	Velut(i) — haud secus A. II, 379, XI, 809, IV, 441
322. Terque quaterque exhausta gravis ubi perbibit euros	G. II, 399, A. I, 94, IV, 589, XII, 155. Terque quaterque
323. Ingeminant fluctus et primos ultimus urget:	G. I, 333 ingeminant austri et densissimus imber
325. Spiritus involvensque suo sibi pondere rupes	Lucr. VI, 574 Et recipit prolapsa suas in pondera sedes A. XII, 688 silvas, armenta virosque Involvens secum (sc. mons)
326. Densa per ardentes exercet corpora vires.	Lucr. VI, 361 neque sunt tam denso corpore nubes
327. Et quacumque iter est properat frangitque morantes	G. III, 229 vires exercet. Lucr. VI, 338 quaecumque morantur Obvia discutiat plagis
329. Exilit atque furens tota vomit igneus Aetna	Lucr. I, 724 (de Aetna) Faucibus eruptos iterum vis ut vomat ignis
330. Quod si forte putas isdem decurrere ventos	Lucr. III, 531, 696 Quod si forte putas
334. Purpureoque rubens surgat iubar aureus ostro	Lucr. IV, 402 Jamque rubrum tremulis iubar ignibus erigere alte Cum coeptat natura
337. Prospectat sublimis opus vastosque recessus	A. VIII, 193 vasto summota (sc. spelunca) recessu
342. Introspectus hiat: tantarum semina rerum	Lucr. I, 59, 176, II, 678, 755, 833, 1059, 1072, VI, 662, 789, 1091 ‚semina rerum' (in clausula)

	A. IV, 232, 272 ‚tantarum gloria rerum' (in clausula)
345. Qui rupes terramque rotat, qui fulminat ignes,	Lucr. VI, 202 rotantque cavis flammam fornacibus intus Lucr. I, 725 (de Aetna) Ad caelumque ferat flammai fulgura rursum.
346. Cum rexit vires et praeceps flexit habenas,	A. XII, 471 flectit habenas (in clausula) V, 662 furit immissis Valcanus habenis.
348. Corpora diripiat validoque absorbeat actu.	A. XII, 687 Fertur in abruptum magno mons improbus actu
353. Verberat ora aër pulsataque corpora nostris	Lucr. VI, 1026 Semper enim circumpositus res verberat aër cf. V, 954: Verbera ventorum
355. Non cinerem stipulamve levem, non arida sorbet	G. I, 85 levem stipulam
359. Sive peregrinis igitur propriisve potentes	Lucr. V, 574 Lunaque sive notho fertur loca lumine lustrans
360. Coniurant animae causis	Sive suam proprio iactat de corpore lucem
361. Et montis partes atra subiectat arena	Lucr. VI, 700 (de Aetna) Saxaque subiectare et arenae tollere nimbos G. III, 241 nigramque alte subiectat arenam A. IX, 714 nigrae attoluntur arenae. Lucr. VI, 182 fulgura flammae
363. Ardentisque simul flammae se fulmina rumpunt	Lucr. I, 725 (de Aetna) Ad caelumque ferat flammai fulgura rursum A. III, 574 Attollitque globos flammarum XI 548 tantus se nubibus imber ruperat
364. Haud aliter quam cum prono iacuere sub austro	A. IV, 669 Non aliter quam si Lucr. VI, 560 Incumbit tellus quo venti prona premit vis
366. Implicita; **hac** serpunt tritis incendia ramis	Lucr. I, 898 Arboribus vicina cacumina summa terantur Inter se V, 1098 Mutua dum inter se rami stirpesque teruntur
367. Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi	Lucr. VI, 187 Nec tibi sit frudi B. II, 34, X, 17 Nec te paeniteat

369. Ut rapiant vires redeantque in proelia victi.	Lucr. VI, 571 Et quasi collecti (sc. venti) redeunt ceduntque repulsi
374. Causa latet, quae rumpat iter cogatque morari.	A. V, 5 Causa latet (initio versus)
378. tum frigida monti	A. XI, 828 tum frigida toto (in clausula)
380. Post ubi **non tenuere** morae, velocius urgent:	Post ubi (versus initio) Lucr. V, 883, VI, 128, G. III, 235, IV, 189, 544, 552, A. IV, 80, V, 362 A. II, 282 Quae tantae tenuere morae?
381. Pellunt oppositi moles et vincula rumpunt,	A. II, 134 vincula rupi V, 510 vincula linea rupit XII, 30 vincla omnia rupi
384. Flamma micat **laetosque** ruens exundat in agros:	G. I, 102 Laetus ager ibid. 471 quotiens Cyclopum effervere in agros Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam
386. Nunc **superest,** quaecumque creant incendia silvae,	Lucr. I, 903 Quae cum confluxere, creant incendia silvis V, 1250 Quidquid id est, quacumque e causa flammeus ardor Horribili sonitu silvas exederat
408. Et metuens natura **illi** est, ubi **carpitur** igni;	A. IV, 2 caeco carpitur igni
412. Vix unquam redit in vires atque evomit ignem.	Mor. 83. Vix unquam (versus initio).
420. Ut semel accensa est, moritur, nec restat in illa	Lucr. I, 1030, IV, 608, A. X, 570 Ut semel
421. Quod repetas; tantum cinis et sine semine (sc. flammae) terra est:	A. VI, 6 quaerit pars semina flammae Abstrusa in venis silicis
448. Huc illuc ageret ventos et pasceret ignes.	G. II, 296 A IV, 363, V, 408, XII, 764: Huc illuc (versus initio)
451. Nam circa latera atque imis radicibus Aetnae	Lucr. I, 352 ab radicibus imis VI, 141 radicibus haurit ab imis
453. Intereunt venis, manifesto ut cernere possis	Lucr. III. 158 facile ut quivis hinc cernere possit 181 ut pernoscere possis I, 327, II, 248, IV, 1223: cernere possis (in clausula)

456. Ille ubi collegit flammas, iacit et simul ictu	Mor. 92 Haec ubi collegit
458. Haud igitur **mira est** facies, **quae circuitu** extra,	Lucr. VI, 489 Haud igitur mirum st.
459. Si lenitur opus, restat;	
462. Nam simul atque movet vires turbamque minatur	Lucr. I, 10, III, 14 Nam simul ac (versus initio)
471. Pars lapidum domiti, stanti pars robore pugnat	pars — pars: A. I, 423 et 425, IV, 405 et 406, VI, 6 et 7, 218 et 222, 491 et 492, 642 et 644, VII, 624 et 626, XI, 883, 888 et 889, XII, 278
479. Verum ubi paulatim exiluit sublata caducis	Verum ubi (versus initio): Lucr. III, 152, IV, 739, VI, 100, G. I, 417, IV, 88, 405, 443, A. III, 670, VII, 591
490. Nunc silvas rupesque vorant, nunc terra solumque	nunc — nunc A. I, 220, 751, IV, 74 et 77, 285, 442, V, 191, 441, 457, 701, VI, 315, X, 355, 680, XI, 625, 650, XII, 476, 526 et 528
492. Quod si forte cavis cunctatus vallibus haesit	G. II, 391 Complentur vallesque cavae
493. Aut per inaequales volvens perpascitur agros	G. III, 458 artus depascitur arida febris A. II, 215 miseros morsu depascitur (sc. serpens) artus
495. Sicut cum rapidum curvo mare cernulat aestu	Lucr. I, 720 rapidum mare
496. Ac primum tenuis undas agit ulteriusque	Mor. 88 Ac primum
506. Scintillas procul ecce vide, procul ecce ruentis	A. XI, 448 Ecce ruit
528. Udove aut aevost putris magis ille magisque,	Lucr. V, 306 Denique non lapides quoque vinci cernis ab aevo Non altas turris ruere et putrescere saxa
531. Interius furere accensos; his propria virtus	Lucr. VI, 1043 Et ramenta simul ferri furere intus
537. Quod si quis lapidis miratur fusile robur	Lucr. V, 1115 Quod si quis
543. Non animos aeris flammis succumbere cernis?	Lucr. I, 490 sqq. ferrum candescit in igni,
544. Lentitiem plumbum non exuit? ipsaque ferri	Dissiliuntque fero ferventia saxa vapore:
545. Materies praedura tamen subvertitur igni;	Tum labefactatus rigor auri solvitur aestu:

546. Spissaque succensis fornacibus aurea saxa	Tum glacies aeris flamma devicta liquescit
547. Exsudant pretium;	cf. VI, 966.
	Lucr. II, 209 Non cadere in terram stellas et sidera cernis?
	V, 306 Denique non lapides quoque vinci cernis ab aevo
	Non altas turris ruere et putrescere saxa,
	Non delubra deum simulacraque fessa fatisci?
559. Et qui non nostro fervet moderatior usu,	Lucr. II, 381 Perfacile est parili ratione exsolvere nobis
560. Sed caelo propior	Quare fulmineus multo penetralior ignis
	Quam noster fuat
568. Spiritus; incendi vis vincit maxima saxa.	Lucr. I, 72 Ergo vivida vis animi pervicit
	I, 856 aliqua vi victa perire
586. Tu quoque Athenarum carmen, iam nobile sidus,	Cul. 251. Jam Pandionias miserandas prole puellas,
587. Erigone's; sed **Ityn** vestra en Philomela canoris	Quarum vox Ityn edit Ityn, quo Bistonius rex
588. Evocat in silvis, et tu, soror, hospita tectis	Orbus epops maeret volucris evectus in auras
589. Acciperis, solus Tereus ferus exsulat agris.	B. VI, 78 Aut ut mutatos Terei narraverit artus,
	Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit,
	Quo cursu deserta petiverit, et quibus alte
	Infelix sua tecta super volitaverit alis?
	ibid. 52 sqq. A, virgo infelix, (sc. Pasiphaë), tu nunc in montibus erras:
	Ille (sc. iuvencus) latus niveum molli fultus hyacintho
	Ilice sub nigra pallentis ruminat herbas
	Lucr. I, 256 Frondiferasque novis avibus canere undique silvas
593. Impiger et victus magni iacet Hectoris ultor	A. VI, 166 Hectoris hic magni fuerat comes
595. Signaque: nunc Paphiae rorantes arte capilli	Lucr. IV, 790 Scilicet arte madent simulacra
598. Velatusque pater, nunc gloria viva Myronis	A. VI, 848 vivos ducent de marmore vultus

599. Et iam mille manus operum turbaeque morantur.	A. X, 167 Sub quo mille manus iuvenum A. I, 455 Artificumque manus intrans operumque laborem Miratur
603. Praecipueque vigil, fervens ubi **sidera lambit.**	III, 574 Attollitque globos flammarum et sidera lambit
605. Nec minus ille pio quam sonti nobilis igni est.	Lucr. III, 1090 Nec minus ille (versus initio) A. X, 812 nec minus ille
606. Nam quondam ruptis excanduit Aetna cavernis	G. I, 471 quotiens Cyclopum effervere in agros
607. Et velut eversis penitus fornacibus ignis	Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam.
608. Evecta in longum **lapidum** fervoribus unda est:	A. III, 579 ingentemque insuper Aetnam Impositam ruptis flammam exspirare caminis Lucr. II, 118, 322, III, 830 Et velut (versus initio)
610. Et nitidum obscura caelum caligine turget.	Lucr. I, 9 Placatumque nitet diffuso lumine caelum G. I, 467 Cum caput obscura nitidum ferrugine texit A. XI, 187 Conditur in tenebras altum caligine caelum
612. Iugera cum domibus, silvae collesque virentes.	Lucr. II, 322 Et velut in viridi candor consistere colli Cul. 22 saltus silvasque virentes
615. Tum vero ut cuique est animus viresque, rapinis	Tum vero (versus initio) B. VI, 27, A, I, 485, II, 105, 228, 309, 624, III, 47, IV, 397, 450, 571, V, 172, 227, 659, 720, VII, 376, 519, IX, 73, X, 647, XI, 633, 832, XII, 257, 494, 756.
628. Aspiciunt pigrumque patrem matremque, senecta	A. II, 596 ubi fessum aetate parentem Liqueris Anchisen
629. Eheu defessos, posuisse in limine membra.	IX, 687 posuere in limine vitam
633. Ipso dante fidem properant. o maxima rerum	A. VII, 602. IX, 279: maxima rerum (in clausula)
634. Et merito pietas homini tutissima virtus!	
637. Felix illa dies, illa est innoxia terra.	Cir. 27 Felix illa dies
638. Dextra saeva tenus laevaque incendia fervent.	Lucr. IV, 275, G. I, 235, A. VI, 486, 656, XI, 528 dextra laevaque.

Curae criticae.

I. v. 3 Munro[1]) codd. lectionem ‚Quid fremat imperium' retinuit, cum interpretaretur ‚Quid (= cur) fremat imperium naturae'. At nullo carminis loco explanatum est, cur Aetna naturae imperium recuset. Baehrensius coll. v. 198 scripsit ‚Quid premat imperio' cum auctore Munrone compararet Verg. Aen. I, 54. Sed nescio an multo melius corrigamus ‚Quid fremat ex imo'. cf. v. 26 trudat ab imo .... moles. v. 200 volvuntur ab imo Fundamenta.

Verg. Aen. III, 577 (de Aetna) fundoque exaestuat imo.

cf. Ov. met. XI, 499.

II. v. 6 codd. habent: ‚Seu tibi Dodona est potior'.

Verbum ‚Dodona' perperam scriptum esse puto pro ‚Daphne', ut ita versus sit restituendus:

Sive tibi Daphne est potior ....

Daphne apud Antiochiam in Syria sita clarissima fuit templo Apollinis et Dianae. cf. Strab. XVI, 2, 6. A. Forbiger, Handbuch der alten Geographie II, p. 656, Munro p. 40.

III. Codd. praebent v. 8 ‚vota' quod Baehrensius in ‚rura' mutavit. Ungerus[2]) vero scripsit: ‚Jam nova Pierio properent a fonte sorores Pocla'.

Facile sibi quisque persuadebit ‚In nova . . . Coepta' legendum esse, cum in memoriam revocaverit, poëtas in prooemiis carmina, quae condituri sint, ‚coepta' appellare. cf. Lucr. I, 418, Manil.[3]) III, 36, Verg. georg. I, 40; Cul. 25 et 41, Ov. met. I, 2, art. am. I, 30.

IV. vv. 17—21 recte, ut mihi videtur, Baehrensius transposuit.

v. 20 codd. ‚aversumve diem' habent, quod ille in ‚adversumve ducem' (cf. Cul. 175) mutavit. Equidem scribendum esse opinor ‚adversum Aeeten'.

v. 19 Baehrensius longe a codicum lectione aberravit, cum e Cir. 199 ‚fatorum lege' huc induceret.

Poëta vv. 17—22 Catullum significare videtur, qui uno eodemque carmine (64) Argonautas, Troiae incendium, Ariadnen versibus persecutus est atque de Troadibus haec dixit (v. 349): ‚Illius (sc. Achillis) egregias virtutes claraque facta Saepe fatebuntur gnatorum in funere matres'.

Versus igitur ita restituendus est:

‚Incensam et tristis natorum in funere matres'.

‚Incensam' scribendum putavi coll. Verg. Aen. II, 374, 555, III, 156, VII, 295.

V. vv. 51—55 Baehrensius ita legendos esse putat:

Impius et miles metuentia comminus astra
Provocat. inde Iris cunctos ad proelia divos
Convocat; admotis qua pervia sidera signis,

---

[1]) Aetna revised emended and explained by H. A. J. Munro. Cambridge 1867.
[2]) Journal of philology XVI, p. 313.
[3]) M. Manilii Astronomicon libri V, rec. Frid. Jacob. Berolini 1846.

Juppiter e caelo lucem fert iamque corusca
Orbatus flamma removet caligine mundum.

‚Inde Iris‘, quod pro codd. lectione ‚infestus‘ posuit, e Gigantomachia Claudiana, v. 43 ‚Interea superos praenuntia convocat Iris‘, haud recte huc induxit.

v. 53 Hauptii emendatio (opusc. II p. 29) ‚admotis ad territa‘ propius accedit ad optimorum codd. CS[1]) lectionem ‚admotisque tertia‘, eoque multo probabilior est quam Baehrensii ‚admotis qua pervia‘ vel Ungeri ‚Praenotat admotis, qúa Tethyos aequora, signis‘.

v. 54 Baehrensius cum scriberet ‚lucem fert‘ Charybdin vitans in Scyllam incidit. Nam cum postea Iovem removisse caligine mundum i. e. occultasse dictum esset, ineptam tautologiam effecit; ille vero pleonasmus, quo offendebatur (‚metuentia astra‘, ‚territa sidera‘, ‚Juppiter metuit‘) huic loco aptissimus est. Poëta enim totus est in deridendis mendaciis vatum, qui omnipotentes illos deos terrigenarum timore confectos fingunt.

Quodsi illud adiecero v. 55 ‚armatus[2]) flamma‘, quod codd. CS praebent, ob id ipsum retinendum esse, quod v. 560 eadem exstant (‚vel quali Juppiter ipse Armatus flamma est‘), iam intelleges, hunc locum ita restituendum esse:

Impius et miles metuentia comminus astra
Provocat[3]) infestus; cunctos ad proelia divos
Provocat[3]) admotis ad territa sidera signis.
Juppiter en caelo metuit dextramque coruscam
Armatus flamma removet caligine mundum.

VI. vv. 57—63 ita legendi sunt:

Hic magno tonat ore pater, geminantque favente
Undique discordes sonitum simul augmine venti;
Densa per attonitas rumpuntur fulmina nubes.
Atque in bellum tum, quae cuique potentia divum,
Iam commune venit; iam patri dextera Pallas
Et Mars laevus erat, iam cetera turba deorum
Stant utrimque secus. validos tum Juppiter ignes . . . .

v. 57 Baehrensius Scaligeri ‚hinc‘ recepit; sed ‚hic‘, quod omnes codices exhibent, reponendum est. Habet hoc loco adverbii significationem, ut Verg. Aen. VII, 141: Hic (= jetzt) pater omnipotens ter caelo clarus ab alto Intonuit.

v. 58 ‚sonitum‘ scribendum esse Manil. I, 105 ‚Et sonitum ventis concessit‘ comprobatur. Apparet poëtam hoc loco, ut plurimis, alliterationem affectasse.

‚Augmen‘ vox vere Lucretiana est; cf. Lucr. I, 435, II, 73, 188, 495, 1133, III, 268, V, 679, 1305.

Iam ‚discordes‘, quod omnes codices praebent, retinendum est.

---

[1]) C = Cantabrigiensis; S = fragmentum Stabulense. S habet ‚a^{d} motisque ttia‘ (Ellis, Journ. of. philol. XXIII, p. 5).

[2]) cf. Manil. V, 343 (de Gigantibus) ‚Nec prius armavit violento fulmine dextram Juppiter . . . .‘

[3]) cf. Ov. fast. VI, 322—323.

‚Bellum commune‘ eodem modo dictum est, quo Verg. Aen. II, 709 ‚commune periclum, Una salus ambobus erit‘.

v. 63 Hildebrandtius[1]) haud recte ita scripsit:

‚Stabat utrimque, duos validos tum Juppiter ignes‘. ‚Stant‘ retinendum est coll. Ov. met. III, 564 ‚hunc cetera turba suorum corripiunt‘.

‚Validos ignes‘ aptissime explicatur ibid. 303 sqq:

Nec, quo centimanum deiecerat igne Typhoëa,
Nunc armatur eo: nimium feritatis in illo est.
Est aliud levius fulmen, cui dextra Cyclopum
Saevitiae flammaeque minus, minus addidit irae,
Tela secunda vocant superi.

De ‚utrimque secus‘, quod iam Hauptius restituit, cf. Lucr. IV, 936, Lucil. sat. 22, 9, Cato r. r. 21, 2.

VII. vv. 69—73 ita scribendos puto:

Tum lites cessant, venit per sidera caelum,
Defensique decus mundi nunc redditur Ara.
Vertice Trinacriae morientem Juppiter Aetnae
Obruit Enceladon; vasto sub pondere montis
Aestuat et patulis exspirat faucibus ignem.

Errare mihi videntur omnes, qui v. 69 coll. Hor. carm. II, 19, 21 ‚Liber‘ retinent. Nam cum in Gigantomachia describenda poëta Liberi nullam mentionem fecisset, non iam postquam ‚pax est reddita mundo‘ (v. 68) dictum est, Liberi cum Gigantibus certamina celebranda fuerunt.

Noli putare mea emendatione (‚tum lites cessant‘) tautologiam effici; nam ‚tum pax est reddita mundo, tum lites cessant‘ nihil aliud significat nisi ‚pax aeterna facta est‘.

De v. 70, quem codd. ita praebent:

‚Defensique decus mundi nunc redditur astris‘,

iam Hauptius (opusc. II. p. 32) haec dixit: ‚Valde dubitari potest, ne hic alia lateant, quae qualia fuerint nondum nobis licuit indagare‘.

Manilius, qui idem Gigantomachiam attingit, ab Ara stella exordium sumit:

I, 420 Ipsius hinc mundi templum est, victrixque solutis
Ara nitet sacris, vastos cum terra Gigantes
In caelum furibunda tulit.

Atque hoc modo perorat: (ibid. 431) ‚tunc (sc. devictis Gigantibus) Juppiter Arae Sidera constituit (= nunc redditur Ara), quae nunc quoque maxima fulgent‘ (= decus mundi).

v. 71 ex codd. CS lectione ‚Curcite‘ restituo ‚Vertice‘ atque ita versum conformo:

Vertice Trinacriae morientem Juppiter Aetnae.

cf. Aetn. v. 41, 286; Verg. Aen. III, 554 ‚Trinacria cernitur Aetna‘.

---

[1]) Studien auf dem Gebiete der röm. Poesie und Metrik I. Vergils Culex. Leipzig 1887. p. 44 sq.

VIII. v. 75 recentiores editores codd. fidem secuti ‚hinc audit nobile carmen' retinuerunt, cum solus Baehrensius in apparatu critico adnotaret: Malim ‚ingenio est vivaci n. c.' Sed iam Scaligerus hunc locum depravatissimum esse intellexit scripsitque: ‚Hinc auget nobile carmen Plurima pars scenae'.

Interpretatores ‚audit' hoc loco idem significare putaverunt ac ‚bene audit' (cf. Munro: poets have genius, hence their poems are renowned) neque vero argumentis comprobaverunt. Ego coll. Verg. ecl. IX, 38 ‚neque est ignobile carmen' emendavi ‚hinc non ignobile carmen'.

IX. v. 81 Munro ita scripsit:

‚† Sollicitant † illi te circum, Tantale, poma' atque haec adnotavit: ‚Sollicitant' comes clearly from the next v., a common source of error in our as in other mss.

Ego hoc verbum simile primo proximi versus verbo fuisse puto atque ‚Surripiunt illi te circum, Tantale, poma' restituo. cf. Hom. Od. XI, 592.

‚Poma' pro codd. ‚poena' scribendum esse maxime confirmatur Hom. Od. XI, 588—592, quem locum iam Munro attulit, atque Ov. am. II. 2, 43; Prop. II, 1, 66; Senec. Herc. fur. 759, Thyest. 2.

Contra Munronem Damsté[1]) ‚Sollicitant — Sollicitantque' defendere conabatur collatis vv. 52 et 53 ‚Provocat — Provocat'. Sed illo loco asyndeton habemus, ut anaphora exsistat, hoc loco coniunctio ‚que' adhibita est.

X. v. 107 Baehrensius emendatione Hauptii acquievit:

‚Ut crebro introrsus spatio vacuata charybdis', Ungerus scripsit:

‚Ut crebro introrsus spatio recava acta Charybdis'.

Habet enim C, acta charybdis', cum S ‚carims' (fortasse ‚carinis'? cf. Cul. 346) praebeat; in Helmstadiensi et Rehdigerano haec verba omissa sunt. Ellisius[2]) in Vat. 3272 ‚carambos' scriptum invenit, unde coniecit ‚coronis' interpretatusque est: ‚the apex, the last stone that completes the pile'.

Munro dixit: ‚charybdis is curious; it may be added to the Greek words he uses in a Greek sense'. Sed iis locis, quos e Stephano protulit (Eur. suppl. 501 et Strab. p. 275) non demonstratur Graecum vocabulum *χάρυβδιν* cavernam (cf. cavis v. 105) aut voraginem terrae significare. cf. Hesych.:

‚*Χάρυβδις χάσμα θαλάσσης ἢ καταιγίς*'.

Quodsi hoc loco Graeca vox scripta exstitit — neque illud quidem a nostro carmine alienum est (cf. v. 533) — ‚*χαράδρα*' legendum esse puto.

Sed inepta illa locutione ‚*χαράδρα* (vel charybdis) pendeat in sese' commotus aliam medicinam isti loco quaesivi, cum scriberem:

Ut crebro introrsus spatium vacet atque barathrum,
Pendere in sese similis quoque terra putatur.

---

[1]) Mnemosyne XVII p. 194 sq.
[2]) Journ. of philol. XVI p. 292 sqq.

cf. Lucr. I, 507 ‚vacat spatium'
Manil. I, 173 Quodni librato penderet pondere tellus.
179 Nunc quia non imo tellus deiecta profundo,
Sed medio suspensa manet.
195 Pendentis terrae.
Ov. met. I, 12 Nec circumfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis.
Ov. fast. VI, 269 sqq:
Terra pilae similis, nullo fulcimine nixa,
Aëre subiecto tam grave pendet onus.
XI. vv. 175—177 Baehrensius ita edidit:
Haec imo cum sit species naturave terrae,
Introrsus cessante solo trahit undique venas
Aetna sui.

Sed vocula ‚haec' poëta summam totius rei tractatae comprehendit, ut v. 74, 186 et 187, 212 et 218, 566 (cf. Kruczkiewicz[1]) p. 21); nusquam tamen poëta vocula ‚hic' etc. in transitu utitur.

Jam intellegendum, poëtam vv. 175—176 illas argumentationes comprehendere atque concludere, quibus edocuit, terram venis, in quibus venti agitarentur, laxatam atque rimatam esse, ut corpus humanum venae percurrunt, ‚ad vitam sanguis omnis qua commeat'. v. 177 demum ad illud transit, ut demonstret, Aetnam ita, ut universam terram, penitus cavatam atque scissam esse.

Legendi igitur hi versus ita: trahit undique venas.
Aetna illi manifesta fides et proxima verost.

Hoc loco illud monendum est vv. 175—182 a Baehrensio in alienum locum detrusos post v. 174 reponendos esse versumque 182 ita emendandum:

Porrigit hinc artus, penitus qua exaestuat unda.
cf. Verg. georg. III, 240: at ima exaestuat unda (in clausula).

XII. v. 195 codices repetunt:

‚Ut maior species Aetnae succurrat inanis', id quod etiam post v. 185 scriptum exstat. Sed utroque loco inepte hunc versum positum esse iam dudum perspectum est. Si displiceat eum ut glossema, quo summa rei a v. 177 ad v. 185 tractatae adnotetur, eicere, illud restat, ut eum, leniter emendatum, post v. 186 inseramus, ordine versuum ita constituto:

Haec illis (sc. ignibus) sedes tantarumque area rerum est,
Haec operis visenda sacri faciesque domusque,
Ut maior species Aetnae succrescat in ignes.

XIII. v. 232 Waglerus[2]) Gyraldini lectionem recepit, nisi quod pro ‚hoc' Cantabrigiensis et Helmstadiensis ‚haec' substituit. ‚Locus' inquit ‚uncis includendus est et sic legendus:

„— haec brevior cursu bis senos pervolat orbes, annuus ille meat —".

[1]) Poëma de Aetna monte Vergilio auctori potissimum esse tribuendum. Cracoviae 1883.
[2]) De Aetna poëmate quaestiones criticae, Berolini 1884. p. 35.

Poëta, quo est ardore concitatus, sine mora ipse docentis partes agit, ut et v. 236'. At hoc versu res se longe aliter habet; ibi enim inf. c. acc. positus coniungendus est cum ‚scire' (v. 235). Quem porro non taedeat docere, lunam bis senos pervolare orbes, solem annuum meare? Causam vero iuvat scire, cur sol et luna ita moveantur. Ergo scribendum:

‚Cur brevior cursu bis senos pervolet orbes, Annuus ille meet' vel (cf. Ellis, Journ. of. philol. XXIII, p. 12) ‚Haec brevior cursu ut' etc.

XIV. v. 234, si Gyraldini ‚motus' retineamus, ita emendandus est:

Ordine, quaeque suos varient incondita motus.

cf. Lucr. II, 242: ‚Qui varient motus', V, 1208; Manil. III, 523 ‚suos variaret motus'. Sin rectius ceteros codd. sequamur ‚varient . . . gyros' scribendum. cf. Tac. Germ. 6, 10. Catull. 66, 6. Quae sidera certo ordine currunt, ea sunt, quae Cic. Tusc. I, 62 ‚certis locis infixa' dicit, ea autem sidera, quae suos motus sive gyros variant, stellae errantes sunt, de quarum, praegressionibus et institionibus' Cicero eodem loco et de nat. deor. II, 20, 51 et 40, 103 disserit.

Waglerus (l. c. p. 35) retinuit Gyraldini lectionem ‚quaeque suos servent incodita motus' coll. Sen. N. Q. VII, 24, 1 (proprium iter = suos motus). Hac dubia comparatione nixus hunc locum de planetis et cometis interpretatus est, nulla ratione habita v. 242, ubi tandem ‚tristem cometen' Aetnae auctor memorat.

XV. v. 237 ita scribo:

Nubila cur Pleias caelo denuntiet imbres.

Hauptius et Baehrensius pro ‚Panope', quod Gyraldinus exhibet, ‚Phatne' posuerunt, quod Waglerus (l. c. p. 22) laudat. Sed multo mihi verisimilius videtur ‚Pleias' legendum esse. A poëtis enim sing. ‚Pleias' vel ‚Plias' pro plur. ‚Pleiades' usurpatur; atque Pleiadas imbres denuntiare quis est, qui ignoret? cf. Valer. Flacc. 2, 357, Stat. silv. I, 6, 21, Verg. georg. IV, 233. Quin etiam Pleias aliquando pro tempestate et pluvia ponitur, cf. Valer. Flacc. 4, 268; 2, 405.

XVI. v. 247 in Gyraldino ita exstat: ‚Qua vocet Orion, quo Sirius excubet index'.

Hauptius (op. III. p. 439 sq.) scripsit ‚quo voltu Orion' coll. Manil. I, 406 ‚Sic movet, ut vidit mundum, voltuque gubernat'. Sed Manilius haec de Sirio dicit, non de Orione; deinde non intellego, qualem voluptatem hominibus afferat investigare ‚quo voltu Orion excubet'. Sed iam omnia quadrant, si versus initio Gyraldini ‚qua' reponamus, deinde Hauptii ‚voltu' recipiamus ita:

‚Qua voltu Orion, qua Sirius excubet index' i. e. qua ratione Orion et Sirius ipso voltu indicent, quid eveniat. Nempe Orion, si fulget, serenitatem, si obscuratur, tempestatem denotat (cf. Hygin. astron. 3, 34; 2, 26 et 34). Sirium autem voltu mundum gubernare Manil. l. c. dicit.

‚Excubet index' Munro ita interpretatus est: ‚Index, the informer, is said with poetical reference to him, when as the dog of Icarius he brought Erigone to her father's dead body'. At poëtarum fabulas

auctor Aetnae respuit. Recte iam vidit Jacobus[1]), qua ratione ‚index' intellegendum esset, coll. Manil. I, 396 sqq.

Sirius nempe indicat ‚proventus frugum varios et tempora, quaeque valetudo veniat, concordia quanta. Bella facit pacemque refert varieque revertens sic movet ut vidit mundum voltuque gubernat'.

‚Excubat' apte dictum est de Sirio. Excubat enim stella illa canicula, velut canis. cf. Hor. carm. III, 16, 2 ‚vigilum canum tristes excubiae'.

XVII. v. 282 ita emendandus est:

‚Unde repente quies et nullo foedere pax est'.

‚Unde repente' omnes codices praebent excepto Gyraldino. Restituendum mihi videtur coll. Lucr. VI, 667 et 1088.

Librorum manuscriptorum corruptela ‚multo foedere' leni medicina sanatur. Scribendum enim est ‚nullo foedere', quod sententiae aptissimum est. Nullo enim foedere facto Aetna repente bellandi i. e. erumpendi finem facit pacemque et otium servat.

XVIII. vv. 294 sqq. ita legendi sunt:

Nam veluti sonat aura diu Tritone canoro; —
Pellit opus collectus aqua victusque movere
Spiritus, et longas emugit bucina voces; —
Carmineque irriguo magnis cortina theatris etc.

v. 294 Baehrensii coniectura ‚velut ut' pro mss. ‚veluti' inutilis est. Nam poëta saepius parenthesi utitur (v. 147—148 e Wagleri distinctione, 173—174, 202—206, 289, 506); in comparationibus vero parenthesin maxime adhiberi quis est qui ignoret?

Ellisius[2]) v. 294 coll. Vaticano 3272 ‚sonitura dius tritona canoro' ita scripsit:

‚Nam veluti sonat urna ciens Tritona canorum', cum adderet: ‚urna, J think, would be quite a proper term for the hydraulic box which the poet is here describing. This machine seems to have sounded by setting in motion an apparatus communicating with a trumpeting Triton'. At non urna, quae Tritona moveret, sonabat, sed bucina Tritonis.

Retinendum igitur mihi videtur ‚aura diu', quod in parenthesi explicatur illo ‚longas (= diu) emugit bucina voces', atque apte respondet ‚magnum commurmurat Aetna'.

v. 295 legendum est ‚collectus aqua'. Pellit enim machinam hydraulicam spiritus aqua collectus i. e. compressus. cf. Lucr. VI, 557 (ventus collectus) ibid. 571 (venti quasi collecti) et 124 (validi venti collecta procella).

XIX. v. 351 omnes codices corruptum praebent ita:

‚Nec levitas tantos igitur ferit aura movetque'.

Baehrensius primus emendare conatus est atque coniecit ‚nec leviter tactos', sed addidit: ‚igitur' emendare nescio.

Ellisius (Journ. of philol. XX, 229) haud recte coniecit: ‚Nec leve id est: stantes igitur ferit aura movetque'.

---

[1]) Lucilii Junioris Aetna, rec. Frid. Jacob, Lipsiae 1826, p. 154.
[2]) Journ. of philol. XVI, p. 302.

Ego ita legendum propono:

‚Nec levis est tantos qui ignes ferit aura movetque‘.

Explicatur hoc versu quod antecedit ‚tantusque ruentis impetus‘ (v. 349).

XX. vv. 359 sqq. hoc modo restituendi sunt:

Sive peregrinis igitur propriisve potentes
Coniurant animae causis, ille impetus ingens
Et montis partes atra subiectat arena
Vastaque concussu flagrantia saxa; fragores
Ardentisque simul flammae se fulmina rumpunt.
Haud aliter quam, cum prono iacuere sub austro
Aut aquilone fremunt silvae, dant bracchia nodo
Implicita; hac serpunt tritis incendia ramis.

v. 360 ‚impetus ingens‘ cum Maehlio[1]) scribendum est; nam de eruptione ignium versu demum 363 agitur. Impetus autem ingens animae (cf. Aetna v. 349 ‚tantusque ruentis impetus‘) illam arenarum saxorumque eruptionem efficit, ut est apud Lucretium (VI, 686—693 ‚Ne dubites, quin haec animai turbida sit vis‘).

v. 361 Hauptii ‚subiectat‘ pro mss. ‚subvectat‘ mihi comprobatur coll. Lucr. VI, 700 (de Aetna) ‚Saxaque subiectare et arenae tollere nimbos‘ et Verg. georg. III, 241 ‚nigramque alte subiectat arenam‘.

v. 362 ‚concussu‘ aptius mihi esse videtur quam mss. ‚concursu‘. cf. Lucr. VI, 290, 688. Ov. met. XV, 348. I, 143 ‚crepitantia concutit arma‘. ‚Fragores se rumpunt‘ poëta hoc loco dicit, ut v. 201 ‚fragor rumpitur‘.

‚Ardens flamma‘ v. 363 nihil habet insoliti. cf. Aetn. v. 335 et 610: ‚obscura caligine‘. Similia inveniuntur apud Lucretium: I, 300 ‚calidus aestus‘, I, 647, II, 431, VI, 516, 688: ‚calidus ignis‘, V, 1250 ‚flammeus ardor‘ etc. cf. Manil. I, 322. Eodem versu Baehrensius pro mss. ‚fulmina‘ Vlitii ‚flumina‘ recepit. Falso. cf. Lucr. I, 725: (de Aetna) ‚Ad caelumque ferat flammai fulgura rursum‘. VI, 182 ‚fulgura flammae‘. Petron. sat. 122, 135 sq. ‚Aetna voratur Ignibus insolitis et in aethera fulmina mittit‘, atque ipsius Aetnae v. 345 ‚qui fulminat ignes‘.

Dicit igitur poëta haec:

Saxa concussu ignem concipiunt (cf. flagrantes), ut fragores (cf. concussu) et flammae fulmina se rumpant.

Haec sententia similitudine illustratur, quae e Lucretio (I, 897 sqq., V. 1094 sqq.) assumpta est. Pergit enim poëta hoc modo: Lapides concussi ignem concipiunt et flagrant, ut rami arborum triti ignem ultro comprehendunt.

v. 366 Baehrensius recte ‚tritis‘ scripsit; cf. Lucr. I, 898, V, 1098.

XXI. vv. 386 sqq. ita legendi sunt:

Nunc superest, — quaecumque creant incendia silvae —
Quae flammas alimenta vocent, quid nutriat Aetnam
Incendi patiens. — Lapis est vernacula causa et
Materia, appositumque illi genus altile terrae.

[1]) Beiträge zur Kritik des Lehrgedichtes Ätna, Basel 1862.

v. 386 ‚Superest' pro codd. ‚superat' scribendum esse colligo ex Lucr. I, 50, 921, II, 39, 491, 546, III, 350, IV, 593, V, 91, 261, 769, 1239, VI, 219, 423, 979; Verg. georg. IV, 51, Aen. IX, 157, XI, 15.

‚Quaecumque creant incendia silvae' iam recte emendavit Waglerus (l. c. p. 60) sed neglexit Lucr. I, 903:

Quae cum confluxere, creant incendia silvis.

v. 388 poëta dicit lapidem esse causam et materiam incendii vernaculam, i. e. quae in ipso monte exsistat. cf. Aetn. v. 396, 417 (‚lapis incendi causam tenet'). Quae vero altilia terrae genera in Aetna comburantur, poëta statim (inde a v. 390) exponit: sulphuris humor, aluminis sucus, pingue bitumen. cf. Ov. met. XV, 352.

XXII. vv. 402 sqq. Baehrensius ita legit:

Quem si forte manu teneas ac rodera cernas,
Nec fervere putes, ignem nec spargere posse;
Sed simul ac ferro quaeras, respondet, et ictu
Scintillat calor. Hunc multis circum inice flammis
Et latebris extorque animos atque exue robur,
Fundetur ferro citius (nam mobilis illi
Et metuens natura mali est, ubi corpitur igni);
Sed simulatque hausit flammas, non tutior hausti
Ulla domus; servans faciem duram atque tenaci
Saepta fide.

v. 402 ‚robora', quod omnes libri manuscripti praebent, restituendum est coll. v. 406 (‚exue robur'). Hoc versu Baehrensius pro mss. ‚patere extorque' substituit ‚latebris extorque'. Scilicet ob oculos versabantur ei, quae auctor Aetnae v. 551 sqq. dicit, lapidem molarem obstare ignibus, si caelo patenti liquefacere velis, fornace si coërceatur, extemplo liquescere. Sed ‚latebrae' ‚fornacem' significare non possunt. Scribendum videtur: ‚Et patenis extorque animos'.

v. 408 recepit Baehrensius ‚mali'; sed Cantabrigiensis praebet ‚alii', quod mihi quidem ex ‚illi' corruptum videtur. Quod enim malum iam lapis metuat maius, cum igni corripiatur? Hoc modo igitur vv. 407 et 408 legendi sunt: nam mobilis ille,

Et metuens natura illi est, ubi carpitur igni.

‚Carpitur igni' scribendum putavi coll. Verg. Aen. IV, 2 ‚et caeco carpitur igni', Ov. met. III, 490 ‚et caeco paulatim carpitur igni'.

v. 409 apte comparetur Cir. 163, Quae simul ac venis hausit sitientibus ignem

Et validum penitus concepit (Aetn. 415) in ossa furorem'.

v. 410 Baehrensius ‚servans faciem duram' scripsit, cum libri manuscripti omnes praebeant ‚servans aciem duramque'. At ‚faciem duram' lapis molaris incensus et liquefactus retinere non potest; cf. v. 554 ‚captusque liquescit' (sc. lapis).

Ego ita scribendum puto:

Servat facium lucem atque tenaci
Saepta fide est.

Gen. plur. ‚facium‘ etiam apud Apul. met. 11, 9 exstat.[1]) cf. Verg. Aen. II, 694 (facem . . . multa cum luce).

XXIII. v. 426 libri manuscripti praebent omnes ‚Cerne locis etiam‘, quod nemini nisi Ellisio placuit (Journ. of philol. XXIII p. 17), cum haec diceret: ‚Not a word here requires alteration: all that is required to make the v. clear is to interpunctuate after ‚etiam‘, atque interpretaretur: ‚Test the point again by particular regions: place yourself by caverns of the same kind‘.

Jacobus coniecit ‚Cerne etiam Nolae‘, quod laudavit Hauptius (op. II p. 42), sed in Aetnae editionem non recepit. Baehrensius ‚Cerne Vesuvi etiam‘ scripsit ‚quod iam Waglerus (l. c. p. 42) refellit. Ipse posuit ‚Cerne Locris etiam‘. At in ipso Locrorum oppido similes Aetnae cavernas arsisse, nemo tam stultus erit, qui sibi persuadeat. Ne illud quidem Waglerus demonstravit, apud Locrorum oppidum cavernas olim flammas vomisse. Nam ‚Vesuvina incendia‘ (Stat. silv. II, 6, 62) non sunt intellegenda ‚vulcania‘ omnino, cum nullus scriptorum locus exstet, quo ‚Vesuvinus‘ idem significet ac ‚vulcanius‘. Equidem in vocabulis ‚locis‘ et ‚cavernas‘ casus a librario permutatos esse puto, ut recte scribatur ‚locos‘ et ‚cavernis‘, atque restituto ‚adsiste‘, quod C exhibet, versus ita distinguatur:

Cerne locos etiam similes, adsiste cavernis.

cf. Verg. Aen. II, 28: Desertosque videre locos; Lucr. I, 965: adsistas regionibus (Draeger, histor. Syntax der lat. Sprache, I, p. 412).

Enumerantur a poëta quattuor aliae regiones, e quibus olim ignes erumpebant: Aenaria, locus inter Neapolin et Cumas situs, Rotunda, Vulcania. vv. 426—429 aptissime ad illas regiones describendas transit auctor, qui singulas carminis partes magna cum diligentia inter se coniunxit.

v. 443 in codd. ita legitur:

Quae restat minor et dives satis ubere terra est.

‚Uber‘ (= Fruchtbarkeit) hoc loco ineptum esse nemo adhuc intellexit. Sanatus videbitur versus, si corrigemus ‚est dives sat sulphure terra‘ atque cum Munrone v. 444 ita pergemus:

Sed non Aetnaeis vires quae conferat illis.

XXIV. vv. 458 sqq. ita emendati mihi videntur:

Haud igitur mira est facies, quae circuitu extra,
Si lenitur opus, restat; magis uritur illic,
Sollicitantque magis vicina incendia saxum.
Aetnaque venturae praemittit pignora flammae;
Nam simulatque movet vires turbamque minatur
Diffugit extemplo solidum ac trahit undique rimas.

Atque v. 458 et 459 poëta haec dicit: Facies lapidis molaris, qualis post eruptionem in lateribus montis restat, nihil habet insoliti, si in memoriam revocamus, eum in imo monte flammis liquefactum esse. Deinde pro ‚Certa‘ rectius duce Baehrensio ‚Aetna‘ restituendum erit; neque enim lapis molaris ‚pignora venturae flammae

[1]) Neue, Formenlehre der lat. Sprache, 2. Aufl. I, p. 274.

praemittit', sed Aetna; nec lapis molaris ‚vires movet turbamque minatur', sed ipse mons Aetna. v. 463 Baehrensius scripsit: ‚Nix fugit'. Opinatur ille quidem iam ante ignium eruptionem nivem apicem Aetnaeum integentem fugere atque hac re Aetnae eruptionem indici. Sed illud plurimis testimoniis confirmari potest, ne ignibus quidem iam erumpentibus nivem Aetnaeam diffugere; cf. Claudian. 33, 165 sqq. (ed. Jeep); Sil. Ital. XIV, 64 sqq.; Solin. coll. rer. mem. (ed. Mommsen) V, 9. Quae veteres animadverterunt, ea etiam recentiores esse vera comprobaverunt. Atque Sartorius de Waltershausen in illo laudatissimo libro, qui inscribitur ‚Der Ätna', H. de Saussure, qui ipse eruptionem Aetnae a. p. Chr. n. 1879 mense Maio factam vidit, haec dicentem facit (I. p. 325): „Oberhalb der Gegend, in welcher die bedeutenden Centren der Eruption gelegen waren, auf den Abhängen gegen die Timpa rossa und den Monte Nero zu, fanden sich weite Schneefelder, ein dichter und sehr mächtiger Schnee, der auch unter den neu geflossenen Laven noch hervorschaute. Man erkennt daraus, dafs derselbe unter dem Einflusse der überfliefsenden Lava nicht einmal ganz geschmolzen ist, ein wie schlechter Wärmeleiter die Lava sein mufs".

Eodem versu Baehrensius pro corrupto ‚trahit ictaque ramis' in apparatu critico rectissime coniecit ‚trahit undique rimas', sed versus numeris non aptavit. Ante ignium eruptionem montis partes scinduntur. Huius rei locupletissimum testem afferam ipsum Sartorium, qui (l. c. p. 320) haec dicit: „Einen viel grofsartigeren Eruptionsapparat hatte der Ätna auf seiner Nordnordostseite geschaffen . . . Hier war der ganze Boden in der Umgebung von Spalten durchzogen und vollständig zerklüftet". Eadem Alfredus Kirchhoff in illo libro, qui inscribitur ‚Länder- und Völkerkunde von Europa' (tom. II. part. II p. 320) affirmat his verbis: „Die Ausbrüche (des Ätna) erfolgen selten aus dem Gipfelkrater, obwohl derselbe beständig raucht und gelegentlich Asche und Bomben auswirft, sondern aus Spalten, in welchen der Kegelmantel in der Höhe von 1000—2000 m aufreifst".

Ita igitur v. 463 legendus:

Diffugit extemplo solidum ac trahit undique rimas.

XXV. v. 490 Baehrensius scripsit:

‚Nunc silvae rupesque natant'. Sed quomodo fieri potest, ut silvae rupesque in undis igneis natent? Statim incendio silvas deleri rupesque dissolvi elucet. Ipse auctor Aetnae celeberrimam illam, quae vocatur ‚piorum fratrum' eruptionem describens, haec dicit (v. 611):

Ardebant agris segetes et mitia cultu
Jugera cum domibus, silvae collesque virentes.

Rupes autem massa ignea dissolvi testis est Nic. Specialis, qui eruptionem Aetnae a. p. Chr. n. 1329 factam, quam ipse vidit, describens cum alia tum haec dicit (rer. Sicul. VIII, 2): ‚Effluebat autem hiatibus illis rivus igneus velut metallorum liquentium in fornace, occurrentem tellurem exurens, in lapides et in minimos calculos ingentia saxa dissolvens'. cf. Sartor. de Waltershausen (II, p. 4): „Bald wälzt sich ein Strom glühender Lava über die Abhänge

des Berges, der auf seinem Laufe vor sich die Wälder in Brand setzt, die Werke der Menschen und ihre Städte begräbt".

Retinenda est igitur vulgata lectio:

Nunc silvas rupesque vorant, nunc terra solumque
Ipsum adiutat opus.

Haec proxima verba, quae palmari Hauptii emendatione restituta sunt, illustrari mihi videntur his Nic. Specialis verbis (l. c.):

,Vidi ego subito ignitam terram, quam pedibus paulo ante calcaveram . . . ac velut alluvionem excrescentis fluminis emanare' (cf. ,faciemque sibi induit amnis').

XXVI. vv. 521—523 coniunctis quasi Hauptii, Munronis, Baehrensii viribus ita emendati sunt, ut eos iterum tentare levitatis sit; maxime probatur v. 523 Baehrensii palmaris coniectura:

,Utraque ut possis aeris cognoscere formam (= χαρακτῆρα).

v. 526 omnes editores, ,vultum' quod C praebet vel ,vultu', quod in ceteris mss. legitur, retinuerunt. Illud vero omnibus perspicuum sit, ignem lapidis, si ,in madentes flammas effluxerit', ,vultum perdere'. Longe enim alius vultus lapidis compacti ac liquefacti est. Emendandum igitur: ,nec multum perdidit ignis'.

In sequentibus versibus omnes editores haeserunt; velim recipias hanc meam coniecturam:

,Quin etiam extra si vultum calor ipse revellit,
Udove aut aevost putris magis ille magisque,
Una operis facies eademque, per omnia perstat.

Sententia haec est: Vultus ille quidem lapidis non solum calore sed etiam humore aut longa annorum serie mutari potest. Sed caloris, aquae, aevi opus idem valet: nam ne hilum quidem ipsius lapidis elementa, ut Lucretiano verbo utar, mutant: lapis per omnia illa opera perstat.

v. 528 Baehrensius recte ,aevost' scripsit. cf. Lucr. V, 306

Denique non lapides quoque vinci cernis ab aevo,
Non altas turris ruere et putrescere saxa?

XXVII. v. 568 iam recte emendavit Waglerus (l. c. p. 23 sq.) ,incendi vis vincit maxima saxa'. Sed v. 569 legendum esse ,magnificos lapides (= muros)' idque de moenibus Thebarum interpretandum esse (l. c. p. 28) mihi persuadere non potuit. Nam non solum moenia Thebarum spectaturi proficiscebantur homines curiosi, sed etiam alia visu digna in capite Boeotiae oculos Romanorum advertebant (cf. v. 577 et 578). Jam vero non Thebas solas a Romanis petitas poëta narrat, sed et Spartam, Athenas, Troiam, alias urbes, clarorum artificum tabellis signisve celebres.

Codices praebent ,laudes', quod male defendebat Ellisius (l. c. XVI, p. 311) cum coll. Verg. georg. II, 174 diceret ,glories i. e. monuments which have become famous in the world for their magnificence'. Equidem haud scio an nemini haec interpretatio probetur; mallem cum Wernsdorfio ,magnificas urbes' scribere. cf. Ov. Pont. II, 10, 21

Te duce magnificas Asiae perspeximus urbes.

XXVIII. v. 581 in omnibus editionibus ita scriptus invenitur:

Et sacer in bellum numerus, sua turba regenti.

Olim haec conieci:

‚Acer et in bellum numerus‘[1]) maxime eo adductus, ut ‚acer‘ scriberem, quod etiam v. 392 Helmstadiensis ‚sacris‘ praebet pro ‚acris‘.

Sed nunc mss. verba servanda mihi videntur, cum intellexerim ‚numerum‘ hoc loco nihil aliud significare quam ‚rythmum‘. cf. Aetn. v. 38 ‚numerosa in verbera‘ Verg. Aen. VII, 698;

Ibant aequati numero regemque canebant.

Quis vero illud ignorat, Spartiatas non ad tubae sonitum, sed ad tibiae, quae Musis erat sacra, sacrisque faciundis maxime adhibebatur, cantum in bellum processisse, illisque carminibus anapaesti pedis modulo compositis, quae ἐμβατήρια vocantur, ad virtutem fortitudinemque inflammatos esse?

cf. Thuc. V, 70, Cic. Tusc. II, 16, 36, Valer. Max. II, 6, 2, Plut. inst. Lac. 16.

XXIX. v. 587 omnes mss. praebent corruptum illud ‚sedes vestra‘, in quo emendando omnes editores desudaverunt.

Hauptius scripsit:

Erigone's; edens questum Philomela canoras
Evolat in silvas;

Baehrensius etiam longius a codd. aberrans:

Erigone, es et quae stirpem Philomela canoris
Invocat in silvis.

Male uterque ‚evocat‘ mutavit,[2]) quod verbum Vergilius duobus locis eisque de inferis excitandis usurpat (Aen. IV, 242, VI, 749). Equidem illum versum ita restituo:

Erigone's; sed Ityn vestra en Philomela canoris
Evocat in silvis; et tu, soror, hospita tectis
Acciperis, solus Tereus ferus exsulat agris.

cf. Cul. 252; Soph. El. 148, Aesch. Ag. 1140, Eur. fr. 775, 21 ‚Sed‘ (v. 587) apte positum est; cum enim Erigone propter pietatem in siderum numero habeatur, Philomela misere propter scelus in silvis degit. ‚Vestra‘ haud eiciendum est; poëta enim apostropha usus Athenas alloquitur.

XXX. v. 595 rectissime iam Scaligerus emendaverat, cum scriberet ‚rorantes arte‘. Recentiores vero, cum ignorarent hoc loco poëtam Lucr. IV, 790 ‚arte madent simulacra‘ expressisse, inanem laborem susceperunt. Atque Hauptius (opusc. II p. 165 sqq.) plurimis exemplis allatis haud eleganter coniecit ‚rorantes patre‘, id quod Munro secutus est. Baehrensius coll. Ov. trist. II, 528 et fast. IV, 131, ut mihi videtur, adductus est, ut ‚rorantes matre‘ poneret, quod iam Waglerus refutavit (l. c. p. 29). Ille ipse, nimium a codd. lectione recedens ‚manantes rore‘ coniecit.

XXXI. v. 598 Baehrensius Joannem Schraderum et Hauptium (op. II, p. 165) secutus ‚gloria vacca Myronis‘ scripsit, cui coniecturae longe praefero mss. ‚gloria viva Myronis‘. ‚Gloria‘ enim hoc loco sub-

[1]) numerus = Schar; cf. Cic. fam. 3, 3 ‚integrum militum numerum‘ Sall. Cat. 33, 1 ‚ex suo numero legatos mittit‘.

[2]) cf. Ov. met. XI, 598.

stantivum concretum est = Ruhmeswerk. cf. Plaut. truc. 877; Tac. annal. II, 88; III, 45.

Si quid mutandum est, haec mea coniectura haud displiceat: ‚nunc aera et viva Myronis'. Poëta enim, cum antea Graiorum artificum tabellas, quas spectaturi Romani difficillima et periculosissima itinera faciebant — Apellis Coam Venerem anadyomenen, Timomachi Byzantini Medeam, Timanthis Iphigeniam — dilucida oratione enumerasset, nunc etiam signa memorat. Et cum plures tabulas laudasset, universa Myronis aera, non solam buculam celebrat, ut Ov. art. am. III, 219.

‚Aera' nil aliud nisi signa aënea esse satis demonstratur Hor. ep. I, 6, 17; II, 1, 240.

XXXII. vv. 600 sqq. apud Baehrensium ita leguntur:

Haec visenda putans terra ruis usque marique?
Artificis naturae ingens opus aspice; nulla
Tu tanta humanis opibus spectacula cernes,
Praecipueque vigil rupes ubi Trinacris ardet.

v. 600 codd. praebent ‚putas terra dubiusque marisque', unde iam Munro rectissime restituit ‚putas terra dubiusque marique. cf. Ov. Pont. III, 4, 8 ‚Ad medicam dubius confugit aeger opem'.

v. 602—603 codd. praebent:

Cum tanta humanis phoebus spectacula cernes,
Praecipueque vigil fervens ubi syrius ardet.

At auctorem Aetnaei carminis opinatum esse ignes Aetnae inter exortum atque occasum Sirii praecipue erumpere vix credibile, etsi Seneca (N. Q. VI, 1, 1) nos docet, veteres hibernos dies a terrae motibus vacare promittere solitos esse.

Olim haec conieci: nulla
Tanta humana etenim Phoebus spectacula cernit,
Praecipue Phoebe, fervens ubi sidera lambit.

Sed propius ad mss. lectionem haec accedunt: nulla
Cum tanta humanis rebus spectacula cernas,
Praecipueque vigil, fervens ubi sidera lambit.

cf. Verg. Aen. III, 574 (de Aetna)
Attollitque globos flammarum et sidera lambit.
Claudian. 33, 163 (de Aetna)
Foedat nube diem, nunc molibus astra lacessit
Terrificis.

Sententia in promptu est: Aetnae spectacula magnificentiora sunt quam omnes res humanae. Maxime autem spectanda sunt noctem pervigilantibus, cum ignes ad sidera evehantur.

XXXIII. v. 612. Waglerus (l. c. p. 24 sqq.) poëtam scripsisse putat:

‚Jugera, circum omnes silvae', cum diceret: ‚Quaecumque sunt in Aetnae circuitu, omnia capit vorax incendium'.

At non omnes circum silvae ardebant, sed cum in unam montis partem unda ignea eruptione a. a. Chr. n. 693 facta defluxisset, eae solae, in quas amnis ille igneus processit. Et viri docti nobis

ostenderunt, in quae loca massa illa ignea, cui postea in saxum conversae ‚fratrum piorum' nomen inditum est, decurrisset. cf. Sartor. de Waltershausen l. c. I. p. 197; Th. Bergk. in Philologo 1873 p. 138; Ant. Somma: Sul luogo e tempo in cui avvenne l'eruzione dell'Etna appellata dei fratelli pii. Atti Accad. Gioënia XX. p. 59.

Quod Waglerus dicit emendationem Heinsii ‚domibus' reiciendam esse, quia domuum hoc loco nondum mentionem fieri liceat, sed demum inde a versu 614, opponendum, igni Aetnaeo iam priusquam ad urbem accessisset, domos agricolarum atque vindemiatorum supra urbem in ipsis montis lateribus sitas vastatas esse. cf. Claudian. 50 (De piis fratribus et statuis eorum, quae sunt apud Catinam) v. 46:

Nec gemat (Trinacria) exustas igne furente domos.

XXXIV. v. 626 Baehrensius scripsit:

‚fraterque cluens ab nomine fontis' profectus ab illis, quae Wernsdorfius (Poët. Lat. min. IV p. 374) protulit: ‚videtur hoc ei (sc. Anapi) nomen commune fuisse cum fluvio Siciliae, Anapis dicto, cuius meminit Ov. met. V. 417, et Pont. II, 10, 26'.

At hercle, quo iure posuit ‚cluens ab nomine fontis', cum Anapis fluvius Siciliae esset?

Mss. praebent omnes ‚fraterque pari sub munere', deinde Cantabrigiensis et Helmstadiensis ‚fontis', cum ceteri ‚fortis' vel ‚sortis' exhibeant.

‚Fortis' ponendum esse videtur coll. Claudian. 50, 41:

Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi,
Aeternum Siculus templa dicavit honos?

‚Pari sub munere' poëtam scripsisse mihi persuasum est; ‚munus' enim idem significat ac nostro sermone ‚Liebesdienst'. cf. Verg. ecl. VIII, 60, Aen. IV, 429.

Versus igitur ita restituendus est:

Amphinomus fraterque pari sub munere fortis.

De Aetnae auctoris cum Lucretio conspiratione.

Paulus Reinholdus Waglerus in ea quaestiuncula, quae inscribitur ‚De Aetna poëmate quaestiones criticae' cap. II. ‚De Aetnae poëtae cum Seneca conspiratione' Nehringii[1]) vestigia secutus pluribus disseruit idque effecisse sibi visus est ‚Aetnam conscriptam esse ab homine aliquo Senecae assecla ac sectatore, qui eius naturales maxime quaestiones probe legisset et adamasset' (l. c. p. 62).

Atque quamquam facile concedendum est inter Senecae atque Aetnae auctoris naturalis philosophiae doctrinas aliquam similitudinem intercedere, tamen Aetnae auctorem Senecae imitatorem fuisse ex eo colligi posse nego.

---

[1]) Die geologischen Anschauungen des Philosophen Seneka. Wolfenbüttel 1873 u. 76.

Ac primum quidem in ea una re, qua Seneca auctorum suorum sententiam emendavit atque correxit, Aetnae auctor pravam antiquorum physicorum sententiam profert. Quod ne Waglerus quidem negavit (l. c. p. 60): ‚In una sane re differunt inter se Seneca et Aetnae auctor, quam hic non dissimulaverim: ille enim spiritum extrinsecus in terrae foramina intrare obstinate negat (cf. N. Q. VI, 24, 1), contra Aetnae auctor credit posse etiam extrinsecus irrepere illas auras per latera Aetnae montis hic illic hiantia ventisque obnoxia'.

Hanc rem iam ante Waglerum copiosius tractaverat Nehringius (I, p. 39), cum haec diceret: „Woher kommt aber dieser spiritus? In der Beantwortung dieser Frage liegt hauptsächlich der Fortschritt des Seneka; er verwirft vollständig den Gedanken an das Einströmen der Winde in das Erdinnere, welchen wir bei Aristoteles und den übrigen Naturforschern gefunden haben; er behauptet vielmehr, dafs die Gase und Dämpfe sich in den unterirdischen Höhlen selbst entwickeln".

Atque Seneca N. Q. VI, 18 poëtarum et ipsius Aetnae auctoris sententiam refutavit ‚ventos sub terra clausos esse (cf. Aetn. v. 134), cum castigatis versibus 53—56 primi Aeneidos libri ita pergeret: ‚Sine dubio poëtae hunc voluerunt videri carcerem, in quo sub terra clausi laterent. Sed hoc non intellexerunt, nec id, quod clausum est, esse adhuc ventum, nec id quod ventus est, posse iam claudi. Nam quod in clauso est, quiescit et aëris statio est: omnis in fuga ventus est'.

Universum vero Aetnae argumentum nullo modo cum Senecae Naturalibus Quaestionibus congruere rectissime monuit Hildebrandtius (l. c. p. 29 sq.) cum haec diceret: „Übersehen hat Wagler einen für die Frage höchst wichtigen Umstand, wir meinen den ausgesprochenen, gar nicht schärfer zu denkenden Gegensatz, in welchem des Ätnadichters bis zur Hartnäckigkeit konsequente Mechanik zu den im Vergleiche hiermit aufgeklärten Anschauungen Senekas steht. Jener leitet jede der in Frage kommenden Erscheinuugen aus rein mechanischen Ursachen ab, dieser hat schon deutliche Vorstellungen vom Wirken chemischer Vorgänge: Wahrhaftig ein prinzipieller Gegensatz, der es doch sehr zweifelhaft machen mufs, ob in der That der Ätnadichter das Werk des wissenschaftlichen Gegners geplündert haben kann. Ich halte die Frage nach Benützung der Naturales Quaestiones für unendlich viel schwieriger als man bisher gemeint hat; jedenfalls harrt sie noch der Lösung".

Quae cum ita sint, haud scio an multo facilius in eam sententiam adducamur, ut putemus ipsum Senecam ex Aetna nonnulla excerpsisse. Quid enim impedit? An illud, quod Seneca Aetnae auctorem nusquam laudavit? (cf. Wagler. l. c. p. 44). At hercle ne ipsum quidem Lucretium nominavit, cum (Ep. 79, 5) eos poëtas enumeraret, qui Aetnam montem attigissent.

Sed mihi haec persuadere non potui, cum verborum locutionumque imitatio nullo loco inveniri posset. Accedo igitur Baehrensii sententiae, qui argumentorum quorundam similitudinem ex communi et

Aetnae auctori et Senecae fonte explicandam esse putavit. (Poët. Lat. min. II, p. 30).

Iam vero respondendum est Waglero quaerenti ex Baehrensio (l. c. p. 61), ‚quem tandem fontem dicat'.

Equidem utrumque cum ex aliis fontibus tum e Lucretio hausisse persuasum habeo, quocum ‚haud raro' Senecam consentire ipse Waglerus docet (l. c. p. 64).

Iam meum est demonstrare, quam multa et Aetnae auctor et Lucretius communia habeant argumenta, cum haec res adhuc parum disceptata sit.

Ac primum quidem uterque invocato deo se novam difficillimamque materiam tractare pronuntiat: Aetnae nempe auctor v. 4—8 Apollinem, carminis auctorem, Pieridesque invocat, Lucretius Venerem, Aeneadum genetricem (I, 1—49), et initio libri sexti, quem noster poëta maxime ob oculos habuit, v. 92 Calliopen, callidam musam (v. 95 Te duce = Aetn. v. 8 Phoebo duce). v. 7 Aetnae auctor se ‚nova coepta' conari, v. 8 ‚per insolitum' ire, v. 24 ‚ignotas curas pectore moliri' dicit, qui labor immensus sit (v. 222).

Eadem fere Lucretius:

I, 136 Nec me animi fallit Graiorum obscura reperta
Difficile illustrare Latinis versibus esse,
Multa novis verbis praesertim cum sit agendum
Propter egestatem linguae et rerum novitatem.

IV ab initio = I, 926:
Avia Pieridum peragro loca nullius ante
Trita solo. iuvat integros accedere fontes
Atque haurire, iuvatque novos decerpere flores.

II, 1024:
Nam tibi vementer nova res molitur ad auris
Accidere et nova se species ostendere rerum.

Sed uterque amplissima sibi praemia fore sperat:
Aetn. v. 223 Digna laboratis respondent praemia curis.
Lucr. I, 922:
Nec me animi fallit, quam sint obscura; sed acri
Percussit thyrso laudis spes magna meum cor
Et simul incussit suavem mi in pectus amorem
Musarum.

I, 929 sq. = IV, 4 et 5 Insignemque meo capiti petere inde coronam,
Unde prius nulli velarint tempora musae.

Iam id consentiunt et Aetnae auctor et Lucretius, quod uterque contemptis inanibus hominum contentionibus laboribusque soli veritati studet atque ex investigatione veri summam percipit voluptatem:

Aetn. v. 91 omnis In vero mihi cura.
226. Nosse fidem rerum dubiasque exquirere causas.
251 divini est animi ac iucunda voluptas.
258 Torquemur miseri in parvis terimurque labore.
Lucr. I, 50 (cf. II, 1023 sq.):
Quod super est, vacuas auris animumque sagacem

Semotum a curis adhibe veram ad rationem.
II, 7 sqq.:
Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena,
Despicere unde queas alios passimque videre
Errare atque viam palantis quaerere vitae,
Certare ingenio, contendere nobilitate,
Noctes atque dies (= Aetna 264) niti praestante labore
Ad summas emergere opes rerumque potiri.
O miseras hominum mentes, o pectora caeca!
Qualibus in tenebris vitae quantisque periclis
Degitur hoc aevi quodcumquest!

Aetnae auctor ita, ut Lucretius, vatum mendacia castigat volgique stultitiam ridet:

Aetn. vv. 29—91; 367: Nec te decipiant stolidi mendacia volgi.
Lucr. I, 102 Tutemet a nobis iam quovis tempore vatum
Terriloquis victus dictis desciscere quaeres.

Quippe etenim quam multa tibi iam fingere (cf. Aetna 77 finxerunt) possunt
Somnia, quae vitae rationes vertere possint
Fortunasque tuas omnis turbare timore!
ibid. 109 Religionibus atque minis obsistere vatum.
ibid. 945 = IV, 10 Volgus abhorret ab hac.
II, 622:
Ingratos animos atque impia pectora volgi
Conterrere metu quae possint numini' divae.

Vatum mendacia refellens, qui deos ‚extremas in artes demittunt' (Aetna 33) auctor Aetnae eandem de deis sententiam profert quam Lucretius:

Aetn. v. 34: Subducto regnant sublimia caelo
Illa neque artificum curant tractare laborem.
Lucr. V, 82 = VI, 58
Nam bene qui didicere deos securum agere aevom,
VI, 68: Quae nisi respuis ex animo longeque remittis
Dis indigna putare alienaque pacis eorum,
Delibata deum per te tibi numina sancta
Saepe oberunt.
V, 165 sqq. quid enim immortalibus atque beatis
Gratia nostra queat largirier emolumenti,
Ut nostra quicquam causa gerere aggrediantur?
Quidve novi potuit tanto post ante quietos
Illicere ut cuperent vitam mutare priorem?
II, 646:
Omnis enim per se divom natura necesse est
Immortali aevo summa cum pace fruatur
Semota ab nostris rebus seiunctaque longe.
III, 18 Apparet divum numen sedesque quietae,
Quas neque concutiunt venti nec nubila nimbis

Aspergunt neque nix acri concreta pruina
Cana cadens violat semperque innubilus aether
Integit, et large diffuso lumine rident.

Maxime vero consentit auctor Aetnae cum Lucretio, nusquam apparere ‚Acherusia templa' (Lucr. III, 25), sed a poëtis ficta esse affirmans.

Aetn. vv. 76—83, 280.

Lucr. III, 37 Et metus ille foras praeceps Acheruntis agendus,
Funditus humanam qui vitam turbat ab imo,
Omnia suffundens mortis nigrore, neque ullam
Esse voluptatem liquidam puramque relinquit.

ibid. 964 Nec quisquam in barathrum nec Tartara deditur atra.

Deinde a versu 976 Lucretius exponit cruciatibus illis Tantali: Tityi, Sisyphi poenas hominum scelestorum in vita degentium significari,

‚Atque ea, ni mirum, quaecumque Acherunte profundo
Prodita sunt esse, in vita sunt omnia nobis'.

Iam vero inde a versu 1009 Lucretius praefracte negat esse ulla Ditis regna:

‚Cerberus et furiae iam vero, et lucis egenus
Tartarus horriferos eructans faucibus aestus,
Quid? neque sunt usquam, nec possunt esse profecto.

Nihil horum timere, sed ‚pacata posse omnia mente tueri' (V, 1201) pietatem veram esse Lucretius disserit, atque mirum quantum concinit Aetnae auctor v. 279:

‚Non subito pallere sono, non credere subter
Caelestis migrasse minas' (cf. Lucr. V, 1191 ‚murmura magna minarum'; I, 68 nec minitanti Murmure compressit caelum).

Cui vero legenti Aetnaeos illos versus 224 sqq. non in mentem veniant illa Lucretiana I, 62 sqq.:

Humana ante oculos foede cum vita iaceret,
66: Primum Graius homo mortalis tendere contra
Est oculos ausus primusque obsistere contra;

vel illa (V, 1202):

Nam cum suspicimus magni caelestia mundi
Templa, super stellisque micantibus aethera fixum,
Et venit in mentem solis lunaeque viarum,
Tunc aliis oppressa malis in pectore cura
Illa quoque expergefactum caput erigere infit,
Ne quae forte deum nobis immensa potestas
Sit, vario motu quae candida sidera verset.

Iam illae res, quarum investigationem homine dignissimam esse Aetnae auctor (v. 228—248) dicit, a nullo veterum poëtarum ‚plenius ac melius' expositae sunt quam a Lucretio.

Atque in ipso prooemio Lucretius sibi de superis rebus rationem habendam esse proponit (I, 127):

‚Quapropter bene cum superis de rebus habenda
Nobis est ratio, solis lunaeque meatus (cf. Aetn. vv. 231—233)
Qua fiant ratione, et qua vi quaeque gerantur
In terris etc.

Primo ‚de rerum natura' libro ‚quot et quae sint magno natalia mundo principia' (Aetn. v. 228) inde a versu 265 uberius disputat.

Id quoque Lucretius disceptavit, ‚occasus metuant an saecula pergant, Et firma aeterno religata sit machina vinclo' (Aetn. v. 229 et 230):

Lucr. V, 1209:

Temptat enim dubiam mentem rationis egestas,
Ecquae nam fuerit mundi genitalis origo,
Et simul ecquae sit finis, quo ad moenia mundi
Solliciti motus hunc possint ferre laborem,
An divinitus aeterna donata salute
Perpetuo possint aevi labentia tractu
Immensi validas aevi contemnere viris.

cf. ibid. 245 sq., 95 sq. II, 1144 sqq.

Libro quinto Lucretius de sole et luna (Aetn. vv. 231—233) copiose disserit:

v. 76 Praeterea solis cursus lunaeque meatus (Aetna 233 meet)
Expediam qua vi flectat natura gubernans.

Atque cum (v. 564—614) solis lunaeque magnitudinem monstrasset, explanare conatus est, cur luna duodecim pervolaret orbes eodem tempore, quo sol unum orbem conficeret (Aetn. vv. 232, 233).

Lucr. V, 616 (Quo pacto . . .)
Lunaque mensibus id spatium videatur obire,
Annua (= Aetn. 233) sol in quo consumit tempora cursu.

Iam vide, ut Aetnae auctor v. 239 sqq. imitatus sit Lucretium anni tempora ita describentem:

V, 735 sqq.
It ver et Venus, et veris praenuntius ante
Pennatus graditur zephyrus, vestigia propter
Flora quibus mater praespargens ante viai
Cuncta coloribus egregiis et odoribus opplet.
Inde loci sequitur calor aridus etc.

Atque Aetnae auctor, cum naturae hominisque vitam compararet, Lucretii vestigia secutus est.

V, 668 florescunt tempore certo
Arbusta et certo dimittunt tempore florem:
Nec minus in certo dentes cadere imperat aetas
Tempore et impubem molli pubescere veste
Et pariter mollem malis demittere barbam.

Hoc loco illud quoque afferendum est et Aetnae auctorem et Lucretium mundi partes nominare tres, caelum, mare, terram:

Aetn. vv. 102—104. Lucr. V, 92 Principio maria ac terras caelumque tuere,
Quorum naturam triplicem, tria corpora, Memmi,
Tris species tam dissimilis, tria talia texta etc.

De ipsa terra auctor Aetnae haec dicit: ‚deseditque infima tellus, Sed tortis rimosa cavis (103—104).

Eadem Lucretius V, 449 sqq.

Quippe etenim primum terrai corpora quaeque,
Propterea quod erant gravia et perplexa, coibant
In medio atque imas capiebant omnia sedes.
v. 457 ideo per rara foramina
(= Aetna ‚tortis rimosa cavis') terrae
Partibus erumpens primus se sustulit aether
(= Aetn. v. 103: ‚sors data coelo Prima').

Iam vide, quanta religione auctor Aetnae, cum, quibus causis ignes Aetnaei erumperent, inquireret, vestigia Lucretii magistri sui carpserit.

Lucr. enim libro sexto inde a versu 535, exquirens, ‚quae ratio terrae motibus exstet', haec exponit:

‚In primis terram fac ut esse rearis
Subter item ut supera ventosis undique plenam
Speluncis.
631 raro cum corpore tellus est,
592 fera vis venti per crebra foramina terrae
Dispertitur.

Deinde disserit in terrae subterraneis speluncis flumina undas volvere:

v. 540: Multaque sub tergo terrai flumina tecta
Volvere vi fluctus,
id quod Aetnae auctor consentit v. 126:
Aut occulta fluunt tectis adoperta cavernis.

Saepius partem aliquam terrae pessum subsedisse et Lucretius et Aetnae auctor affirmat:

Aetn. vv. 137—138;
Lucr. VI, 584:
Diffindens terram (sc. vis venti) magnum concinnat hiatum
589: et multae per mare pessum
Subsedere suis pariter cum civibus urbes.

Hos terrae motus, quibus totae urbes corruant (Aetna 172; Lucr. VI, 585—590) atque homines ita exterreantur, ut ‚fractum orbem illapsurum' putent (Aetn. vv. 173—174; Lucr. V, 1234—1238 VI, 565—567 et 601—607), ventorum vi maxima effici, utrique persuasum est.

Aetn. vv. 146—154; Lucr. VI, 557—600.

Aetnam ipsam, ut universam terram, ventosis plenam speluncis esse, Lucretius nos docet:

VI, 682 sqq. primum totius subcava montis
Est natura, fere silicum suffulta cavernis.
Omnibus est porro in speluncis ventus et aër.

Eadem auctor Aetnae (175—218) pluribus persequitur.

Inde a versu 282 usque ad v. 320 auctor Aetnae exponit, qua ratione turbida illa ventorum vis exsistat.

Atque hac in re maxime cognoscas illum non solum ea vera habuisse, quae Lucretius dixisset, omnia, sed etiam eam viam rationemque veri investigandi secutum esse, qualem magister monstravisset:

‚Sunt aliquot quoque res', inquit Lucretius (ibid. 703), ‚quarum unam dicere causam

Non satis est, verum pluris, unde una tamen sit'.

His magistri verbis adductus plures ventorum causas affert haec dicens (v. 307 sqq.)

Quod si forte mihi quaedam discordia tecum est,

Principiisque aliis credas consurgere ventos,

Non dubium etc.

Iam vero illud mirum in modum consentiunt et Lucretius et Aetnae auctor ventum aut in ipsa terra oriri aut extrinsecus ortum in interiorem terram agitari, quod Senecam refutasse supra monui.

Aetn. vv. 283—291;

Lucr. VI, 577

Est haec eiusdem quoque magni causa tremoris

Ventus ubi atque animae subito vis maxima quaedam

Aut extrinsecus aut ipsa tellure coorta

In loca se cava terrai coniecit.

Etiam ea, quae Aetnae auctor de nebularum humorumque vi ac mobilitate affert, ex Lucretio sumpta esse videntur:

Aetn. vv. 312—318;

Lucr. VI, 476 sqq.

Praeterea fluviis ex omnibus et simul ipsa

Surgere de terra nebulas aestumque videmus,

Quae velut halitus hinc ita sursum expressa feruntur

Suffunduntque sua caelum caligine (= Aetna 314 caligat).

486 quantaque volarent Corpora mobilitate ostendi quamque repente

Immemorabile per spatium (cf. Aetn. v. 316 Eminus aspirat) transire solerent.

506 Consimili ratione ex omnibus amnibus umor

Tollitur in nubis.

Quod vero Aetnae auctor annuit, fieri posse, ut subterraneis rupibus cavernisque proruentibus ventus exsistat (cf. Aetn. vv. 308—311), idem Lucretius affirmat VI, 544 sqq.:

Terra superne tremit magnis concussa ruinis,

Subter ubi ingentis speluncas subruit aetas:

Quippe cadunt (Aetna 310 procidere) toti montes, magnoque repente

Concussu late disserpunt inde tremores.

Iam vero ad „palmare" illud argumentum Wagleri (l. c. p. 57) venio.

Aetnae auctor v. 302—303 haec profert:

‚Credendum est etiam ventorum exsistere causas

Sub terra similes harum quas cernimus extra'.

Atque coll. Senec. N. Q. III, 16, 4 ‚Sunt et sub terra minus nobis nota iura naturae, sed non minus certa: crede infra quicquid vides supra' Waglerus ita pergit: ‚Hoc loco nil nisi Senecae sui verba pedestria in versus hexametros redegit poëta, quod tam apertum est,

ut hoc exemplum in certissimis argumentis numerare non dubitem, quod infringere vereor ne frustra conitatur adversarius vel obstinatissimus; quae illic in universum exponuntur, hic comprobantur de ventis'.

At Lucretius in una eademque causa simillima dicit:

VI, 536 in primis terram fac ut esse rearis
Supter item ut supera ventosis undique plenam
Speluncis.

ibid. 542 Undique enim similem (sc. terram) esse sui res postulat ipsa.

Non solum igitur sententia in eadem causa eadem est, sed et ipsa verba (‚similem' Lucr. VI, 542 = ‚similis' Aetna 300) congruunt.

Iam quivis facile concedet non ex Seneca, sed ex Lucretio hunc Aetnae locum desumptum esse, intellegetque actum esse de ‚palmari' Wagleri argumento.

Sed nos reliqua Lucretiana persequamur.

Proximi maris undas multum valere ad ignium eruptionem et Aetnae auctor (vv. 292—293) et Lucretius (VI, 694—699) nos docet.

Ignes Aetnae concussu lapidum ventorum vi subvectorum accendi demonstrat Aetnae auctor ita, ut rami arborum triti inter se ignem concipiant (v. 362—366).

Atque illa similitudo ex Lucretio exscripta est, qui eam rem duobus locis (I, 897—904 et V, 1094—1098) copiose explicat.

Sed non solum comparatio Lucretiana est, eadem Lucretius de re ipsa disputat: VI, 687 sqq.

Hic (sc. ventus) ubi percaluit calefecitque omnia circum
Saxa furens, qua contingit, terramque, et ab ollis
Excussit calidum flammis velocibus ignem,
Tollit se ac rectis ita faucibus eicit alte.

Ipsam denique ignium Aetnaeorum eruptionem uterque pari modo describit.

cf. Lucr. I, 722—725, VI, 669, 681, 692, 699—700.

Etiam illud memoratu dignum esse videtur, Aetnae auctorem v. 433 affirmare, locum inter Neapolin et Cumas divitissimum sulphure esse, quod idem Lucretius testatur VI, 747 sq.

Restat demum, ut utriusque carminis epilogos inter se comparem.

Atque Lucretius operi suo elegantem descriptionem pestis illius subiunxit, quae temporibus belli Peloponnesiaci Athenas vastavit, e Thucydide desumptam.

Simili modo Aetnae auctor carmini suo quasi cumulum attulit, illa de Catanensibus fratribus fabula adiecta, quam e Graecis fontibus hausisse videtur. Atque hanc fabulam multis verbis enarrat, cum Seneca eam leviter attigerit (de benef. III, 27, 2 et VI, 36, 1), unde facile intellegitur eam e Seneca excerptam esse non posse. Illud vero praefracte negari non potest, Senecam ex Aetna illius fabulae notitiam repetiisse.

Haec habui, quae de Aetnae auctoris cum Lucretio conspiratione proferrem.

Iam intelleges multa Aetnae argumenta a Seneca non usurpata apud Lucretium inveniri atque ea fere omnia, quae auctori Aetnae et Senecae communia sunt, e Lucretii ‚de rerum natura' libris hausta esse.

De genere dicendi Aetnae auctoris consimili Lucretiano disserere facile supersedeo, cum in eam rem iam accuratius inquisiverit Kruczkiewicz in ea quaestiuncula, quae inscribitur ‚Poëma de Aetna monte Vergilio auctori potissimum esse tribuendum' (p. 18—28). Quae autem verba locutionesque ex Lucretii libris desumpta essent, diligenter adnotavi in ‚Indice locorum Lucretianorum et Vergilianorum'.

Iam apparet auctorem Aetnae ad Lucretii exemplum se conformasse eumque inprimis imitandum sibi proposuisse.

Nunc quaero ex te, num putes centum et viginti annis postquam Lucretius obiit, quemquam exstitisse, qui neglecta elegantia sermonis Augusteorum poëtarum ieiunos illos versus imitaretur?

Illud vero facile sibi quisque persuadeat, paulo postquam illi ‚de rerum natura' libri editi essent, quendam Romanum, qui se ad poësis studium contulisset, novo illius carminis genere atque indole adeo captum esse, ut ipse talia conaretur.

Sed iam accuratius inquiramus,

Quo tempore carmen Aetnaeum conscriptum sit.

Wernsdorfius[1]) coniectura assecutus est Lucilium Juniorem, amicissimum Senecae philosophi, illud, quod est de Aetna monte, carmen conscripsisse.

Quam coniecturam Fridericus Jacobus[2]) approbavit, Munro[3]) in dubium vocavit, Baehrensius[4]) refutavit, cum Aetnam saeculo Augusteo conditam esse doceret. Tribus annis post (1883) Kruczkiewicz demonstrabat ‚poëma de Aetna monte Vergilio auctori potissimum esse tribuendum'. Sed anno insequenti (1884) Waglerus eo libro, qui inscribitur ‚De Aetna poëmate quaestiones criticae', profectus ab Aetnae auctoris cum Seneca conspiratione, intra annos 65 et 79 p. Chr. n. ortum esse illud ‚incerti auctoris' carmen sibi persuadebat.

At nullo modo concedi potest illud poëmatium Neronis imperatoris temporibus i. e. intra annos 65 et 68 p. Chr. n. compositum esse. Poëta enim v. 431—432 ‚locum inter Neapolin et Cumas multis iam frigidum annis esse' affirmat. Illam autem regionem a. p. Chr. n. 63 terrae motibus vexatam esse Seneca ipsi Lucilio, quem adhuc nonnulli carminis auctorem esse putant,[5]) scribit; de Neapoli vero haec dicit (N. Q. VI, 1, 2): Neapolis quidem privatim multa, publice nihil amisit. cf. Suet. Nero 20; Tac. annal. XV, 22. Poëtae

[1]) Poëtae Latini minores. tom. IV, p. 11 sqq.
[2]) l. c. p. XVI sqq.
[3]) l. c. p. 33 sqq.
[4]) l. c. p. 30 sq.
[5]) Teuffel-Schwabe, Geschichte der röm. Literatur, 5. Aufl. p. 751; Ellis, Journ. of philol. XX, p. 231.

igitur illud ‚multis iam frigidus annis' dicere non licuisset, si duobus vel quattuor annis post (65—68 p. Chr. n.) Aetnam condidisset.

Iam videamus, utrum nobis liceat Aetnam post Neronis aetatem detrudere necne.

Atque iam Kruczkiewicz negavit illud carmen post Augusti tempora conscriptum esse, cum Coa Apellis Venus, quam spectaturos Romanos difficillima atque periculosissima itinera facere poëta dicit (v. 595), iam ab Augusto a Cois empta et Romam translata esset. cf. Strab. XIV, 2, 19; Plin. N. H. 35, 91.

Quod argumentum Waglerus (l. c. p. 63) ita infringere conabatur, ut diceret poëtam, cum scriberet ‚currimus' (v. 572) et ‚putas' (v. 600), omnes homines intellexisse maximeque Graecos. Sed si poëtae cum Graecis res fuisset, Graecum carmen ei pangendum fuit. Cum autem Romana lingua carmen condiderit, dubium non est, quin Romanos allocutus sit. Atque quis non intellegit ineptum esse interpretari: Quin etiam Graiae tabellae fixos tenuere ‚Graios'? Etiam ad illud Waglerus confugit, ut poëtam in Sicilia scribentem fingeret, cui, cum illam tabellam Romae propositam videre vellet, ‚conficiendum sane erat iter longius et transmarinum'. Certe Siculo Romam proficiscenti ‚iter longius et transmarinum conficiendum erat', at hercle ei non ‚currendum erat traducto maria ac terras per proxima fatis' (v. 571—572) ‚terra dubioque marique' (v. 600).

Sed iam novis armis pugnandum est.

Quem universorum Graecorum, quem Siculorum Waglerus tam vesanum fuisse putat, ut summa vitae pericula subiret, non Apellis Venerem sed pro ea aliam Dorothei manu substitutam spectaturus?

Nam iam Neronis temporibus illam clarissimam Apellis tabellam carie confectam esse Plinius N. H. 35, 91 testatur his verbis: ‚Consenuit haec tabula carie aliamque pro ea substituit Nero principatu suo Dorothei manu'.

Inde facile quivis colligat poëtam post Neronis aetatem haec non conscripsisse.

Atque cum illud constet poëma de Aetna monte intra annos 65 et 79 p. Chr. n. scriptum non esse, iam quaeramus, quo tandem tempore conditum sit.

Hanc rem mihi tractanti proficiscendum est ab Aetnae versibus 594—598.

Illud iam Hauptius (opusc. II. p. 165) vidit, poëtam hoc loco Apellis Coam Venerem, Timomachi Medeam et Timanthis Iphigeniam, deinde buculam Myronis attingere. Eadem Brunnius (Geschichte der griech. Künstler II p. 82, 186, 138) confirmavit.

Scripsit igitur poëta haec eo tempore, quo Romanis terra marique itinera periculosissima facienda erant, ut illas laudatissimas tabellas viserent.

Atque ex Ciceronis Verr. IV, 60 intellegitur anno a. Chr. n. 70, quo Vergilium natum esse constat, Apellis Venerem Coi fuisse, Timomachi Medeam Cyzici, Myronis buculam Athenis[1]).

[1]) Qua in urbe Timanthis Iphigenia proposita fuerit, memoria proditum non est.

Apellis Venerem ab Augusto a Cois emptam atque Romam translatam esse iam supra monitum est.

Quo anno bucula Myronis Romam transportata sit, ignoramus; illud confirmare testimoniis possumus, inter Ciceronis et Antonini Pii aetatem eam Romam translatam esse (cf. Kruczkiewicz l. c. p. 16).

At Timomachi Medeam iam a Caesare dictatore Romam translatam atque in aede Veneris Genetricis propositam esse Plinius testatur N. H. 35, 136: ‚Timomachus Byzantius Caesaris dictatoris aetate Aiacem et Medeam pinxit[1]), ab eo in Veneris Genetricis aede positas, octoginta talentis venumdatas'.

35, 26: ‚Sed praecipuam auctoritatem publice tabulis fecit Caesar dictator Aiace et Medea ante Veneris Genetricis aedem dicatis'.

Atque cum templum Veneris Genetricis a Caesare a. a. Chr. n. 46 dicatum sit (cf. Dio 43, 22, Suet. Caes. 26, Plin. N. H. 35, 156) illud constat Timomachi Medeam intra annos 46 et 44 a. Chr. n. Romam translatam esse.

Priusquam haec tabula Romam translata est, i. e. certe ante annum 44, carmen Aetnaeum conscriptum est. Iam cum illud demonstrassem Aetnae auctorem Lucretii fuisse imitatorem, postquam ‚de rerum natura' libri editi sunt, hoc poëmatium conditum esse apparet. Et cum v. 431—432 locum inter Neapolin et Cumas situm, ubi ‚montes fumare' Lucretius (VI, 747) dicit, ‚multis iam frigidum annis' esse Aetnae poëta affirmet, aliquot annis postquam Lucretius obiit, i. e. post annum 49 a. Chr. n., quo Aetnam montem insolitum in modum erupisse Petronius testatur (cf. Sartor. de Waltershausen „Der Aetna" I S. 201) hoc carmen scriptum esse mihi persuasum est.

Haec mea coniectura alia re maxime firmatur.

Primo post Christum natum saeculo Aetnae eruptionem factam esse certis testimoniis confirmari non potest. Nemo eorum scriptorum, qui iis temporibus vixerunt, ignes Aetnaeos vehementer erupisse memoriae prodit, etsi Aetnam montem identidem attingunt. Atque Seneca Ep. 51 ad Lucilium scripta de Aetna haec dicit (1): ‚Quem quare dixerit Messalla unicum, sive Valgius, apud utrumque enim lego, non reperio, cum plurima loca evomant ignem, non tantum edita . . . sed etiam iacentia'.

Atque Ep. 79, qua Lucilium admonet, ut, cum Siciliam circumeat, Aetnam quoque ascendat, nihil aliud amico mandat, quam ut investiget, primum utrum Aetna revera subsidat necne, deinde quantum ab ipso ore montis nives absint, quas ne aestas quidem solvat. Atque Lucilium adhortatus, ut illum montem in suo carmine attingeret, metuit, ne ‚Aetna illi salivam moveat' (ibid. 7).

Plinius, quem summo cernendi Vesuvii erumpentis spectaculi studio captum ipsa ignium Vesuvinorum eruptione (a. p. Chr. n. 79) vitam amisisse constat, de monte Aetna nihil insoliti tradit.

---

[1]) Plinium in hoc errasse Brunnius (l. c. II. p. 188 sqq.) demonstravit certisque argumentis effecit, Timomachum Alexandri successorum aetate floruisse. cf. Cic. in Verr. IV, 60, 135: (Quid arbitramini) Cyzicenos (merere velle), ut Aiacem aut Medeam (amittant).

(N. H. II, 236: ‚In montium miraculis ardet Aetna noctibus semper tantoque aevo ignium materia sufficit, nivalis hibernis temporibus egestumque cinerem pruinis operiens. Nec illo tantum natura saevit exustionem terris denuntians'. Deinde plerique alii montes flagrantes enumerantur).

Pomponius Mela haec profert; (de situ orbis II, 7, 153) ‚Aetna, quae Cyclopas olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat.' ibid. 164; ‚ac sicut Aetna perpetuo flagrantes igne Hiera et Strongyle'.

Neque Suetonius, qui (Caligul. cap. 51) narrat Caligulam imperatorem ‚repente a Messana noctu profugisse, Aetnaei verticis fumo ac murmure pavefactum', undas Aetnae igneas erupisse dicit.

Quae cum ita essent, Sartorius de Waltershausen, qui in illo libro, qui inscribitur ‚Der Ätna', omnes Aetnae eruptiones summa cum diligentia adnotavit, intra annos 39 a. Chr. n. et 252 p. Chr. n. certam ignium eruptionem statuere non potuit.

At hercle quanta vehementia Aetna ante a. a. Chr. n. 44 saeviit! Iam ante Caesaris aetatem inde ab anno 141 a. Chr. n. Sartorius (l. c. p. 200) quattuor atrocissimas eruptiones factas esse (a. 141, 135, 126, 122 a. Chr. n.) certissimis argumentis confirmavit. Ipsa autem Caesaris aetate Aetnam Romanis ‚insolitis ignibus' et imperium et mortem illius denuntiasse Petronius et Vergilius, testis locupletissimus, tradunt.

Atque Petronius (sat. 122) priusquam bellum civile inter Caesarem et Pompeium exarsisset, Aetnam — id quod ominosum esset — horribiles ignes evomuisse, his verbis pronuntiat (v. 13[illegible]):

Iamque Aetna voratur Ignibus insolitis et in aethera fulmina mittit.

Vergilius vero (Georg. I, 471) Aetnam Caesaris mortem identidem ominatam esse his versibus[1]) monet:

Quotiens Cyclopum effervere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam
Flammarumque globos liquefactaque volvere saxa!

cf. Athanas. Kircher, Mund. subt. I, lib. IV, cap. 8 (p. 188) ‚Tempore C. Julii Caesaris denuo vehementissime Aetnam saevisse tradit Diodorus, quod et mortem Caesaris portendisse volunt; tantum enim fuisse traditur, ut mare ad Liparas usque fervore suo vel ipsas naves combusserit, omnibus piscibus exstinctis et decoctis, atque intra XX annos quater mons exarserit[2]).

Illis temporibus carmen Aetnaeum conditum esse eo probabilius est, quod et alii illius aetatis poëtae insolita montis miracula versibus persecuti sunt. (cf. Lucr. I, 722 sqq. VI, 639 sqq.; Ov. met. XV, 340 sqq.)

Jam toto carmine nihil invenire possum, quod meae sententiae repugnet. Immo vero omnia illis temporibus aptissima sunt.

Atque primum inspiciamus illum locum, quo Aetnae auctor alias regiones vulcanias describit (v. 430—448).

Rectissime affirmavit: ‚Dicitur insidiis flagrasse Aenaria quondam',

---

[1]) cf. quae Servius ad hunc versum adnotavit: ‚Ut dicit Livius, tanta flamma ante mortem Caesaris Aetna defluxit, ut non tantum vicinae urbes, sed etiam Rhegium civitas afflaretur'.

[2]) cf. v. Hoff, Chronik der Erdbeben und Vulkanausbrüche I, p. 166.

cum quinquaginta fere annis ante i. e. a. u. c. 659 ‚terrae hiatu (= insidiis) flamma exorta in caelum emicuisset'; (cf. Julius Obsequens apud Hoff, l. c. p. 161) id quod testes atque spectatores poëtae dicere potuerunt.

Regionem inter Neapolin et Cumas sitam, antequam bellum civile inter Caesarem et Pompeium exortum esset, prorsus extinctam esse Petronius sat. 120, v. 67 tradit.[1])

De Rotunda insula Strabo, qui iisdem fere temporibus vixit, eadem atque Aetnae auctor affirmat (VI, 2, 11 *βία φλογὸς λειπομένη* = raro fumat). Contraria Plinius tradit (N. H. III, 94: a Lipara liquidiore tantum flamma differt). cf. A. Holm, Geschichte Siziliens im Altertum, I, p. 40: „Zu Strabos Zeit stand der Vulkan auf dieser Insel noch an Kraft der Flamme den übrigen thätigen Vulkanen der liparischen Inseln nach. Wenn dagegen Plinius ihm ein helleres Feuer zuschreibt, so möchte wohl der Schlufs gestattet sein, dafs er damals schon angefangen hat die anderen zu übertreffen".

De Vulcania sive Hiera insula in Vergilii Aeneide eadem scripta invenimus (VIII, 417 ‚fumantibus ardua saxis' = ‚adhuc flagrat'). Quin etiam in carmine Aetnaeo eodem nomine appellata est, quo in Aeneide (VIII. 422 Vulcania nomine tellus = Vulcani nomine sacra).

Iam venio ad hydraulica. Erravit Wernsdorfius (l. c. p. 9 sqq.), cum diceret Tritonis machinam (v. 294 sqq.) sub Claudio primum inventam et publico naumachiae spectaculo adhibitam esse coll. Suet. Claud. 21: „Hoc spectaculo classis Sicula et Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singulae, exciente bucina Tritone argenteo, qui e medio lacu per machinam emerserat'. Quo tandem verbo Suetonius id dicit, Tritonis machinam tum primum inventam atque adhibitam esse? Organa hydraulica iam multo ante et inventa et adhibita esse iam Munro (p. 60) copiosius explicavit. Atque Ciceronis aetate Romanos hydraulorum sonitu delectatos esse ex Tusc. III, 18 ‚hydrauli audiat voces potius quam Platonis' colligas.

Ad. v. 581 ‚Et sacer in bellum numerus, sua turba regenti'. Wernsdorfius excursum conscripsit (ibid. 365), in quo de vocabuli ‚numerus' usu haec dixit: ‚Numerus quidem ab auctore ea significatione sumi videtur, qua scriptores Romani argenteae aetatis solebant cohortes, manipulos, aliaque militum *συντάγματα* numeros dicere, unde et auctorem Aetnae ex ea aetate fuisse existimo, non ex aurea, qua Cornelius Severus vixit'.

Eadem fere Munro (p. 77): ‚numerus' has the sense it bears in Tacitus and other writers of the silver age, of a division or troop of soldiers'.

At ‚numerum' hoc versu ‚rythmum' significare videri iam supra demonstravi. Illud vero praefracte negandum est ‚numerum' illo carminis versu significare ‚cohortem' vel ‚manipulum'. Nam quis tam a vero alienus est, ut asseveret ex uno ‚numero' i. e. ex una ‚cohorte' vel ex uno ‚manipulo' Lacedaemoniorum exercitum constitisse? (cf.

[1]) cf. Hoff, Chronik I, p. 165.

Munro ‚the Spartan army'). Sing. ‚numerus' enim praebet poëta, non plur. ‚numeri'.

Fuerunt etiam, qui in vocabulo ‚sipho' (v. 328) offenderent; sed ‚sipho' iam exstat apud Lucilium (sat. XXII, 3 ed. L. Mueller).

De genere dicendi fusius disputare longum est.

Illud satis erit hoc loco dicere carmen eleganti et exculto atque expedito sermone carere orationemque proxime accedere ad Lucretianam,[1]) ut facile assentiar Baehrensio ‚poëtam carmen fecisse inter priorum duritatem novorumque formam politam medium' (Poët. Lat. min. II. p. 31).

Jam si quis ex me quaerat, quatenus carmen Aetnaeum ad Vergilium pertinere putem, hoc respondendum: Cum in carmine, quod ante annum a. Chr. n. 44 conscriptum esse constat, plerique loci Vergiliani exsistant, apparet Vergilium illud poëmatium penitus cognovisse, nisi forte — id quod nemini fere placuit — veteribus grammaticis optimisque libris manuscriptis fidem habemus atque putamus illud carmen, qualecumque est, in ‚illis Vergilii iuvenilis exercitationis speciminibus'[2]) numerandum esse.

---

[1]) Alliterationum et assonantiarum usus rarior est quam apud Lucretium, attamen permultae eaeque perspicuae inveniuntur. cf. imprimis: v. 8, 9, 12, 14, 17, 34, 43, 45, 47, 51, 53, 56, 58. 61, 69, 70, 82, 84, 92, 93, 103, 108, 131, 153 (cf. Verg. Georg. II, 479), 155, 158, 201, 206, 266, 280, 325, 354, 357, 359, 362, 363, 461, 475, 483, 541, 619, 620, 625, 628, 640, 642.

[2]) Carmina Valerii Catonis cum A. F. Naekii annotationibus. Cura L. Schopeni Bonnae 1847. p. 221 (De Vergilii libello iuvenalis ludi). Ac vide, ne quae Naekius ‚antiquae simplicitatis' argumenta ex Diris ac Lydia (p. 277 sqq.) proferat, quadrent fere omnia in Aetnam.

Appendix.

Primum repetendi mihi videntur nonnulli loci, quos in indicem locorum Lucretianorum et Vergilianorum non recepi.

9. A. VIII, 324 Aurea quae perhibent illo sub rege fuere Saecula. cf. Cul. 26 sqq.

18. A. X, 56 Argolicos ignes.

24. Lucr. V, 1205, VI, 645 pectora cura (in claus.) A. I, 227, IV, 448, V, 701 pectore curas (in claus.). cf. C. Ganzenmüller, Beitr. z. Ciris. (Jahrbb. f. Philol. Suppl. XX, p. 589).

27. Lucr. VI, 151, 442 ingenti sonitu.

30. A. VII, 786 Aetnaeos efflantem faucibus ignes. cf. VIII, 267.

32 sqq. A. IV, 379 Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat.

43. A. VI, 584 superisque Jovem detrudere regnis.

Lucr. I, 788, II, 328, V, 433, 516, A. IX, 92, Cir. 7, 218 sidera mundi. cf. Ganzenmüller l. c. p. 560.

45. G. I, 60 has leges certis Imposuit natura locis.

48. Lucr. I, 202 magnos manibus divellere montes, I, 897, V, 821, 943, 1242, VI, 787 magnis montibus.

64. Lucr. VI, 406 iacit fulmen.

67. Lucr. III, 37 praeceps agendus.

69. G. II, 342 sidera caelo (in claus.), G. IV, 58, A. I, 259 sidera caeli (in claus.). cf. A. Zingerle ‚Zu spät. lat. Dicht.' I, p. 51.

70. A. VIII, 301 decus addite divis.

83. G. IV, 48 Ixionii vento rota constitit orbis.

85. Lucr. II, 623 numini' divae (in claus.), II, 434 divum numina sancta, A, II, 123, IV, 204 numina divom (in claus.). cf. A. Zingerle l. c. p. 59; ‚Ovid u. s. Verh. z. s. Vorg. u. gleichz. röm. Dicht.' II, p. 113.

86. Lucr. VI, 1117 caelum alienum.

88. A. I, 407 falsis Ludis imaginibus.

98. Lucr. II, 669 animantem . . . . Ossa cruor venae . . . Constituunt.

102. Lucr. V, 364 corpore mundi (in claus.), V, 65 corpore mundum (in claus.).

103. A. X, 193 terras et sidera.

110. Lucr. V, 486 In medio ut propulsa suo condensa coiret (sc. terra). cf. VI, 845.

Lucr. V, 160 ratione vetusta (in claus., de mundi origine).

112. A. VI, 477 molitur iter.

113. Lucr. VI, 968 Umor aquae mollit.

116. Lucr. I, 153, VI, 56, 90 operum causas.

145. Lucr. I, 803, 893, II, 565, III, 353, 684, VI, 139, 249 manifesta fides.
153. G. II, 479 Unde tremor terris.
154. Lucr. VI, 1068 venae hiscant, G. I, 91 venas adstringit hiantes (cf. Aetn. v. 518).
159. Lucr. I, 286, IV, 1202 vis subita.
164. G. IV, 536 irasque remittent (in claus).
165. G. IV, 138 zephyrosque morantis (in claus.).
168. A. XI, 525 Angustae fauces.
172. A. II. 610 Neptunus muros magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit totamque a sedibus urbem
Eruit.
173. G. III, 490 Inde neque (vers. in.).
186. Lucr. I, 726 miranda videtur Gentibus humanis regio visendaque fertur (de Sicilia).
190. Lucr. I, 1016 Exiguum tempus. cf. III, 399.
191. Lucr. II, 869 Sed magis ipsa manu ducunt et credere cogunt.
200. A. VI, 581 fundo volvontur in imo (in claus.).
204. Lucr. VI, 193 sepultis undique ventis.
211. Lucr. VI, 691 ventus crassa volvit caligine fumum (de Aetna).
225. Lucr. II, 996 omnes corpora pascunt.
226. Cir. 254 causas exquirere.
228. Lucr. V, 769 magni per caerula mundi cf. ibid. 433, 1202, VI, 493. 565.
239. A. VII, 51 prima iuventa.
242. G. I, 488 diri cometae. cf. A. X, 272.
261. A. I, 179 torrere parant flammis.
288. Lucr. V, 644 diversis ventis.
299. Lucr. III, 425 tenuem animam.
326. A. V, 396, 475, Cir. 448 corpore vires (in claus.). cf. Ganzenmüller l. c. p. 613.
339. Lucr. III, 196, VI, 913, G. III, 274, A. XI, 595 levis aura.
343. Lucr. VI, 680 inritata flamma.
351. Lucr. IV, 887 animai vis ferit corpus.
352. A. IV, 665 sparsasque manus.
354. Lucr. III, 429 tenuis causa.
365. Cir. 450 bracchia nodis (in claus.). cf. Ganzenmüller l. c. p. 614; sed pro ‚Schon Prop. III, 13, 9‘ rectius scripsisset ‚Tibull. I, 8, 5‘.
366. Lucr. V, 523 ipsi (sc. aetheris aestus) serpere possunt.
375. G. III, 508 fauces premit.
Lucr. VI, 544 magnis concussa ruinis (in claus.).
380. Lucr. VI, 558 ventus urget Obnixus magnis speluncas viribus altas.
382. Lucr. VI, 128 impetus acer.
392. Lucr. V, 902 acrem flammam.
412. Lucr. I, 724 vomat ignis. (in claus.)

441. A. I, 3 et terris iactatus et alto.
451. A. VIII, 237, G. I, 319 imis radicibus.
456. B. VII, 8, A I, 405, 715 Ille ubi.
Lucr. I, 723 flammarum rursum se colligere iras.
472. Lucr. IV, 860 languida anhelant. cf. III, 488.
485. A. VIII, 88 Mitis ut in morem stagni e. q. s.
500. A. VII, 415 torvam faciem Exuit.
511. G. III, 374 Sed frustra (vers. in.)
538. Lucr. I. 639 Heraclitus Clarus ob obscuram linguam.
551. Lucr. IV, 450 caeloque patenti (in claus.).
554. Lucr. IV, 950 virisque resolvunt.
555. G. I, 472 fornacibus Aetnam (in claus.).
561. Lucr. VI, 1183 spiritus ingens.
586. A. VII, 1, X, 324, XI, 173 Tu quoque (vers. in.).
596. cf. Cul. 249 sq.
606. A. III, 674 curvisque immugiit Aetna cavernis.
636. Lucr. VI, 757 vestigia intulerint, A. IX, 797 vestigia refert.

Iam sequantur aliorum scriptorum loci Aetnaeis similes, et qui apud Lucretium aut Vergilium non inveniuntur.

7. Manil. III, 1 sqq. In nova surgentem maioraque viribus ausum
Ducite Pierides. cf. Ov. met. I, 1.

20, Ov. am. III, 12, 35, met. III, 105, IV, 573 semina dentes (in claus.).

21. Ov. Pont. II, 9, 41. III, 2, 13 Quis non (vers. in.).

22. Catull. 64, 57 Desertam in sola miseram se cernat harena (sc. Minois), ibid. 133 Perfide, deserto liquisti in litore, Theseu?

30. Claudian. (rec. Jeep) 33, 171 Quo fonte ruit Vulcanius ignis.

41. Lucan. III, 682 ignis vivax.

42. Stat. Achill. I, 484 Phlegraea castra.

46. Manil. I, 433 convolvens squamea terga
Orbibus insurgit tortis.

49. Ov. fast. I, 307 Ossan Olympus (in claus.), Prop. II, 1, 19 Ossan Olympo (in claus.); Ov. am. II, 1, 14 Pelion Ossa tulit.

54. Sen. Phaedr. 1145 Metuens caelo Juppiter alto.

56. Ov. met. XII, 494 vasto clamore.

63. Ov. met. VII, 9 validos ignes.

78. Lucan. I, 455 Ditisque profundi Pallida regna.

79. id. VI, 733 Stygiasque canes.

83. Prop. V, 11, 23 Ixionis orbes (in claus.), Ov. met. X, 42 Ixionis orbis (in claus.).

88. Ov. met. II, 37 Nec falsa Clymene culpam sub imagine celat.

Ov. ep. XVII, 45 Matris (sc. Ledae) in admisso falsa sub imagine lusae
Error inest. pluma tectus adulter erat.

Nil ego, si peccem, possum nescisse. cf. Ganzenmüller l. c. p. 594.

95. Manil. IV, 596 (pelagi) Cingentis orbem.

101. Ov. fast. VI, 705 concipit auras.

102. ibid. 721 Scilicet hic olim (vers. in.).

104. Tibull. IV, 1, 19 Qualis in immenso desederit aëre tellus.

116. Ov. fast. IV. 682 causa docenda mihi est.

123. Ad Ocean. 5 (Baehrens, PLM III, p. 165) Flumina quin etiam (vers. in.).

125. Ov. met. XV, 54 fatalia fluminis ora.

128 sqq. (155 sqq.) cf. Manil. II, 67 sqq.

129. Prop. I, 20, 10 fluminis hospitio.

131. Manil. I, 74 Terraque sub rudibus cessabat vasta colonis.

135. Ov. fast. IV, 323 pignora dabis. cf. Ov. met. II, 38.

138, Ov. met. XV, 31 densissima Nox.

143. Manil. III, 43 Nunc age subtili rem summam perspice cura.

164. Ov. Pont. I, 4, 3 languent vires.

173. Manil. III, 553, IV, 896 credere fas est, Claudian 41, 11, Stat. Theb. II, 595 si fas est credere. cf. Ganzenmüller l. c. p. 561.

181. Manil. V, 585 Hinc vasti turgent (vers. in.).

184. Ov. met. VII, 539, VIII, 210 Inter opus (vers. in.).

204. Cic. de imp. Cn. Pomp. 30 bellum sepultum.

206. Ter. eun. 84 totus tremo horreoque.

207. Lucan. VIII, 830, Stat. silv. IV, 3, 126 putres harenas.

215. Ov. met. VIII, 254 ingenii velocis.

226. Claudian. 43, 5 rerumque fidem.

231. Prop. III, 13, 21 orbita lunae (in claus.).

235. Manil. I, 804 Signorumque canam fatalia carmine iura.

237. Manil. I, 99 Nubila cur (vers. in.).

248. Ov. met. XV, 72 Et quodcumque latet.

254. ibid. 846 caelestibus intulit astris.

257. Democrit. ap. Cic. de divin. II, 30 Quod est ante pedes, nemo spectat, caeli scrutantur plagas.

258. Manil. IV, 2 Torquemurque metu, caecaque cupidine rerum?

260. Hor. ep. I, 2, 44 Quaeritur argentum, Catull. 66, 49 sub terra quaerere venas.

270. Plaut. merc. 247 cura cruciabar miser.

271. Prop. IV, 16, 17 dolia musto (in claus.).

281. Ov. met. VI, 493, VIII, 643 ignes nutrit, rem. am. 807 Nutritur ignis.

287. Tibull. II, 4, 9 obnoxia ventis (in claus.).

289. Claudian. 7, 98 coniurati venti.

290. Prop. III, 8, 56, Ov. met. XI, 663 nubilus Auster.

294. Ov. met. II, 8 Tritona canorum (in claus.).

298. Ov. trist. II, 220, Pont. IV, 16, 36 Imparibus modis.

335. Cic. Arat. 194 obscura caligine.

340. Tibull. III, 4, 53 caelestia numina votis.

355. Ov. fast. IV, 725 cinerem stipulasque.
363. Manil. I, 322 ardenti flamma.
366. Ov. met. I, 762 implicuit bracchia.
367. Ov. met. X, 253, Prop. I, 9, 25 Nec te decipiat, Ov. am. I, 8, 65 Nec te decipiunt, Ov. ep. XV, 55 Nec vos decipiant blandae mendacia linguae.
370. Prop. V, 2, 19 Mendax fama.
374. Hor. carm. III, 27, 5 Rumpat iter, Ov. am. III, 6, 88 rumpis iter? art. am. I, 329 rupisset iter.
409. Ov. met. VIII, 325 flammasque latentes Hausit.
410. Ov. am. II, 6, 14 longa tenaxque fides.
418. Ov. Pont. IV, 8, 47 vivax virtus.
456. Ov. met. XV, 348 (de Aetna) Materiam iactant, ea concipit ictibus ignem.
485. Catull. 64, 272 Quae (sc. undae) tarde primum clementi flamine pulsae
Procedunt.
490. Manil. V, 228 Nec silvas rupesque timent.
495. Cic. Arat. 131 Sicut cum (vers. in.).
498. Enn. annal. I, 38 (Baehrens PLM VI, p. 65) consistit fluvius, sat. III, 467 (ibid. p. 117) Constitere amnes. cf. Ov. trist. V, 10, 1, fast. I, 2, 81.
506. Val. Flacc. III, 396 ecce vides.
520. Ov. met. II, 91, fast. III, 74, 346, 354 pignora certa.
521. Sil. 17, 18 arguta aera.
549. Manil. I, 887 Nec locus artis erat medici.
569. Ov. met. XV, 667 templa operosa.
572. Ov. fast. IV, 311 famae mendacia.
574. Ov. am. I, 13, 5 Nunc iuvat (vers. in.). cf. Manil. I, 17 sqq.
Stat. Theb. II, 206 Ogygias Thebas.
579. Manil. V, 435 rapta profundo (in claus.).
580. Catull. 64, 132, Ov. fast. III, 473 perfide Theseu.
585. ibid. 235 Candidaque intorti sustollant vela rudentes.
588. Sil. 8, 329 hospita tecto (in claus.).
590. Manil. I, 511 Troianos cineres.
606. Il. Lat. 13 Nam quondam (vers. in.).
611. Val. Flacc. II, 646 mitia cultu (in claus.).
614. Ov. fast. I, 429 Et iam finitima (vers. in.).
629. Ov. met. VI, 246 Membra solo posuere.
632. Claudian. 50, 29 (de piis fratribus)
Qui spretis opibus medios properastis in ignes.
Manil. IV, 578 Ardentem medios animum libet ire per ignes.
634. Enn. annal. I, 7 (Baehrens PLM VI, p. 60) O pietas animi.
643. Manil. II, 142 carmina vatis (in claus.)

DUE JUN 13 '33

DUE APR 22 '40

DUE AUG 21 '40

La 12.35
Studia in Aetnam collata.
Widener Library 003914031
3 2044 085 182 640